



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

888

P780


C

Corseus De Posidonio Rhodio

A

469365

DUPL



888
P76
C

DE POSIDONIO RHODIO

M. TVLLI CICERONIS IN LIBRO I. TVSC. DISP.
ET IN SOMNIO SCIPIONIS AVCTORE.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM

AD SYMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

RITE OBTINENDOS

VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIIS

DIE XVIII MENSIS DEC. A. MDCCCLXXVIII HORA XII

PVBLCIE DEFENDET

SCRIPTOR

PETRVS CORSEN

VTINENSIS.

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT

HERMANNVS KLAMMER DR. PHIL.


IOHANNES WHEELER STD. PHIL.

CAROLVS BRANDIS STD. PHIL.

BONNAE

TYPIIS CAROLI GEORGI VNIV. TYPOGR.

1878.




FRANCISCO BVECHELER

HERMANNO VSENER

s.

154280



Stoicorum doctrinae si mentio fit, fieri solet, ut scholae species quaedam aequae sibi constans et immutabilis atque sapientis quem somniabant animo nostro obversetur. Zenonem enim fundamenta disciplinae iecisse, Cleanthem inchoasse, Chrysippum perfecisse, instruxisse, ornasse aedificium, in quo omnes posteriores nec moenibus nec conclavibus mutatis nec nisi quae temporum labe damni quid cepissent restitutis habitarent, nobis fingere solemus. Nam qui de doctrina eorum disputaverunt, plerique eam rationem secuti sunt, ut undeunde fragmenta et rudera colligerent et congererent, quibus aedificium illud tempore obrutum mente animoque reficerent. Itaque in unum et iis, quae ex temporibus antiquissimis parva et singula et quae ex recentioribus saeculis plura et ampliora servata sunt, congestis et sententiis Zenonis et Chrysippi et Senecae Aureliique vel commixtis vel conglutinatiss doctrinae imaginem effigiemque efficere studuerunt. Tamen vereor, ne haec ratio ab historia quidem philosophiae conscribenda aliena sit eaque poetae illud probetur: 'Was ihr den Geist der Zeiten heisst, das ist im Grund der Herren eigner Geist'.

Nam si reputemus, quot viri et ingeniis et studiis diversi elaboraverint, ut Stoicum dogma et conderent et servarent atque quae fuerint cum scholis aliis primum certamina et lites, deinde potius reconciliationes et ad aliena accommodationes, non totum prius complecti studebimus,

quam quid singuli effecerint, intellexerimus¹⁾. Qua in re etiam opus erit eorum scriptorum qualis Cicero fuit, cui non minimam partem philosophiae Stoicae notitiam debemus, qui tamen quibus auctoribus usus sit tacere solet, libros accurate perscrutari et ad fontes, ex quibus fluxerint, revocare. Itaque si quis disputare velit, quid Stoici de morte senserint, non praetermittendus videtur Ciceronis Tusculanarum disp. I. I in quo inesse quae a Stoicis sumpta sint primo quisque obtutu perspiciet. Sed quaerendum erit, quantum Stoicorum, quantum aliorum, quantum Ciceronis ipsius sit. Quae ut intellegantur, quomodo Cic. disputationem instituerit et librum composuerit, videndum et quae a philosophis similia disputata sint cum his comparanda erunt. Qua in re recentiorum et antiquiorum Stoicorum sententiis et inter se et cum Cicerone collatis fortasse continget, ut et ipse Ciceronis auctor detegatur et quantum Stoici inter se differant perspiciatur.

Quas quaestiones ut quantum vires animi concederent solveremus, iis quae sequuntur operam dedimus.

Cicero cum scholas, quas singulis deinceps diebus de rebus ad beate vivendum pertinentibus in Tusculano se habuisse fingeat, litteris mandaturus esset, primo libro de morte agens haec sibi probanda proposuit: I. animos post mortem remanere, II. etiamsi non remanerent, tamen mortem malum non esse (v. § 26). In duas igitur partes — ut quae quasi prolusio his praemittitur omittamus — dividitur liber, quarum altera a § 26—76, altera a § 82 ad finem pertinet. Quae ut vides tam longe proposito inter se distant, ut utramque per se spectare et tractare liceat. Et nos quidem priorem in quaestionem vocabimus.

De totius libri fontibus scripsit O. Heinius Weimari

¹⁾ Quam viam in rebus theologicis ut aliorum ita Stoicorum primus ingressus est Kirschius in libro 'Forschungen auf dem Gebiete der alten Philosophie'.

1863 4^o: qui de hac parte ita iudicavit, ut rursus eam in duas divideret (26—49, 50—81) et illius argumenta Ciceronem ex Panaetii aliquo libro hausisse (p. 8), in hac Platonis sententias liberius composuisse et ex aliis libris quaedam etiam addidisse censeret (p. 11). Priorem partem cum ad Panaetium revocat, in hoc nititur, quod in § 42 sententia quaedam omnibus Stoicis communis (animum ex inflammata anima constare) tamquam Panaetii propria commemoretur. Quae cum aliis a Cicerone refutatis laudetur, Panaetium Stoicam sententiam in libro nescio quo adversariis opposuisse, Ciceronem autem inde totum hunc locum transscripsisse conicit. Cui ratiocinationi cum sententia eorum obstaret, qui Panaetium animos remanere omnino negasse affirmarent, hanc eo evertere studuit, ut fundamentum, in quo potissimum posita esset, subduceret (p. 8 sq.). Nostri enim libri § 79, unde repetivissent, illos falso intellexisse censuit. Nam quod illi affirmaverant, negat Panaetium a ceteris Stoicis distinctum iisque oppositum esse. Quod si Cicero voluisset, non consecutiva, sed adversativa particula usum eius sententiam eum adlaturum fuisse. Cum vero pergeret ‘credamus *igitur* Panaetio’, satis apertum esse eum Panaetium quasi omnium Stoicorum loco positum voluisse.

Ut recte haec Heinius disputaverit, cur Cic. postquam adulescens Stoicos dimittendos esse, quippe qui sibi non constarent, censuit eumque bene eos reprehendisse respondit, eundem iterum interrogat, num iis credat? Sed satis apparet Cic. discrimen aliquod inter Stoicos facere. Nam postquam quaesivit (§ 78): ‘num quid igitur est causae, quin amicos nostros Stoicos dimittamus?’ quasi verba corrigens, ne de omnibus cogitetur, statim adicit ‘eos dico, qui aiunt manere animos . . sed non semper’. Ad quae adulescens: ‘istos vero’ respondet. Sunt igitur Stoici, qui a ceteris in hac re dissentiant. Cum vero illis dimissis Panaetii sententiae mentio fiat, sequitur ut hic a ceteris dissentiat. Quid autem est, cur in particula ‘igitur’ offendamur? Nam

cum de iis agatur, qui Platonis de immortalitate animorum sententiam impugnent, adulescens autem eos Stoicos, qui semper eos manere negent, dimittendos esse censeat, restat, ut de iis disputetur, qui animos post mortem statim interire iudicent. Ciceronis igitur interrogatio sic excipit adulescentis responsum, ut particulam consecutivam adhibere necesse fuerit. Laudandus igitur Zellerus est, qui suam sententiam contra Heinium in altera editione libri sui defendit (v. p. 503, 5 sq.).

Sufficit igitur hic locus recte explanatus, ut animos post mortem remanere a Panaetio negatum esse intellegatur. Accedunt alia.

Traditur enim ab interpretibus quibusdam Aristotelis Panaetium quendam qui animum immortalem esse negaret Platonis Phaedonem spurium iudicasse (cf. schol. in Arist. p. 30^b 8, 576^a 35)¹⁾, quod anthol. Pal. IX, 358 epigrammate quodam confirmatur, cuius auctorem Davidius (schol. in Ar. p. 30^b 8) Syrianum affert. Non est autem nisi clarissimus ille Stoicus, ad quem haec referantur, nec iis quae Zellerus aliique protulerint, certa illa testimonia infringi Hirzelio concedendum est. Quibus tamen contradicit sine dubio Cic., qui cum Panaetium in hac re a Platone *dissentire* dicat, eum illam sententiam ut Platonis agnovisse statuit. Sed ipsumne Panaetii librum Cic. inspexerit, dubitabimus, immo ut negemus etiam illi auctores nobis erunt.

Itaque denuo quaerendum est, quemnam Cic. in hoc libro auctorem secutus sit.

Quas divisit Heinius huius de immortalitate animorum disputationis partes, earum priore potissimum ubi animi post mortem remaneant, altera cur remaneant explicatur. Primo autem eos non interire credendum esse disputatur, quia et antiquitas ita iudicaverit et omnibus haec opinio innata sit.

¹⁾ Cf. de hac re Hirzelium in libro 'Untersuchungen zu Ciceros philosoph. Schriften' Lips. 1877 p. 232—237.

Quae argumenta a Cic. non satis accurate distinguuntur neque hic locus ab interpretibus¹⁾ perfecte explanatus esse videtur. Haec est, quantum video, quam Cic. exprimere studet sententia: fuisse apud antiquos viros summis ingeniis praeditos, qui scirent homines claros post mortem in caelum efferri nec ceteros non permanere. Itaque summam curam et honorem illos mortuis tribuisse, qua re factum esse, ut vulgus homines de genere humano bene meritos mortuos deos putaret (cf. Cic. de d. n. II, 60; Krische, Forschungen 439 sqq.). Sapientes autem illi antiqui non sunt iidem atque qui tantum sibi peruaserant, quantum natura admonente cognoverant (§ 29). Sed his verbis iam in alterum argumentum incidit. Nam etiam indoctis hominibus animos permanere persuasum est — natura enim docet — sed cur remaneant, non docet. Est enim quaedam *πρόληψις* ut aliarum sic huius rei, quae a Laertio VII, 54 definitur *ἐννοια φυσικὴ τῶν καθόλου*, qua tamen nihil aliud nisi id ipsum *permanere* animos continetur. *Cur* permaneant et ubi, ratione discendum est (cf. § 36). Itaque antequam rationes physicae explicatae essent, homines animos permanere visis nocturnis confirmabant. Et ut de dis variae pravaeque hominum opiniones sunt, quarum tamen omnium id commune est, *esse* deos, sic etiam falsa opinione saepe indicatur esse hominibus illam praesumptionem, qua animos non interire credant. Ita omnes mortem suorum lugent. Lugent autem, quia mortuos commodis vitae se orbatos esse sentire arbitrantur, itaque *esse* eos iudicant. Quae lugubris lamentatio quamquam in falsa quadam opinione posita est²⁾, cum mortui miseri non sint, tamen hominum animis insitum esse mortuos permanere confirmat³⁾. —

¹⁾ Cf. Heinium in editione Tusc. disp.

²⁾ Quod melius expressit in Lael. § 16. Cf. etiam Brut. § 4.

³⁾ Dignus est qui conferatur Epict. in diss. I, 22: *πρόληψις προλήψει οὐ μάχεται . . . πότ' οὖν ἡ μάχη γίνεται; περὶ τὴν ἐφαρμογὴν τῶν προλήψεων ταῖς ἐπὶ μέρους οὐσίαις.*

Quae cum explicaret Ciceronis tam flexa et torta evasit oratio, ut nisi iterum iterumque verbis perlectis eam quae subest sententiam non extrices. Atque quod multo gravissimum est, quippe in quo omnis vis argumenti sit *sentire* mortuos, id sic positum est quasi levissimi momenti sit.

Maximum tum ex naturae iudicio argumentum repetitur, quod omnibus curae sint et maximae quidem, quae post mortem futura sint § 31—35. Quo explicato inde a § 36 quaeritur, qui status mortuorum sit. Remotis poetarum vulgi errores augentium commentis ad philosophos transit. Sed certe miraberis haec: 'magni autem est ingenii sevocare mentem a sensibus . . . itaque credo equidem etiam alios tot saeculis, sed quod litteris exstet Pherecydes Syrius primus dixit animos esse hominum sempiternos'. Primum enim cum de iis dicturus esset, qui opinionem vulgarem correxissent, exprimendum erat Pherecydis sententiam in ratione positam esse. Deinde vero sic altera sententia alteri conexas est, quasi propterea quod magni ingenii sit mentem a sensibus sevocare, etiam ante Pherecydem fuerint, qui idem atque ille dicerent! Coniecerim equidem Ciceronem illius scriptoris, qui antiquitati altiore quandam sapientiam tribuebat, verba in artum coacta reddere, hunc autem ab illis antiquissimis sapientibus eos, quorum sententiae literis traditae essent, distinguere voluisse. Deinde Cic. ad Pythagoram Pythagoreoque et Platonem transit, qui illorum sententiae rationem attulerit. Quae ubi apte apponeretur, hic sane locus erat. Contra § 53 sqq. demum explicatur, hoc loco autem rationes physicae afferuntur, quibus animos in caelum ascendere probetur (§ 40—43). Immortalitas autem animorum sumitur, non probatur. Rationes illae in ea sententia positae sunt, ex qua animus igneus vel spirabilis sit. Ad quas quidem Cic. etiam alias sententias derigere studet, ut Xenocratis, qui quamquam animum a corpore separabilem esse putabat (cf. Trendelenb. ad Arist. de an. I, 4 p. 227 sq.), certe Ciceronis argumentum irrisisset. Quae autem a § 40 incipit

argumentatio et his et iis, quae contra ceteros disputat, turbatur et abrumpitur; quam verbis: 'is autem animus' in § 42 denuo suscipit. Cur autem illa interposuerit, apparet. Nulla enim ratione Stoicorum de animo sententia hoc loco probatur. Itaque ne quis hac impugnanda toti ratiocinationi fundamentum subduceret neve ipse Stoicus videretur, alias sententias ei accommodavit, alias quas ne isto quidem modo poterat, improbavit.

Quibus peractis exponitur, quanto melius animi post mortem quam cum corpore coniuncti se habeant (§ 44—47). Qui locus concluditur irrisione Epicureorum animos mortales iudicantium (§ 48, 49). Qua quidem id non satis exprimitur, quod scriptor voluit. Videntur enim Epicurei ab eo vituperari, quod naturae cognitionem nimis admirentur. Elucet vero Ciceronem illos reprehendere voluisse, quod animos morte perire vellent nec id quod Stoici physicis rationibus efficere studerent.

Quae hac parte disputantur, eorum plurima a Stoicis sumpta esse facile intellegitur. Qui tales quaestiones sic instituisse videntur, ut principio ponerent ea, quibus magis persuaderent legentibus quam ratione vincerent. Nam ut hoc loco Cicero et antiquitatis auctoritate et hominum consensione nititur, ita Quintus frater quaestionem de divinatione (I, 11) sic aggreditur: 'cum antiquissimam sententiam, tum omnium populorum et gentium consensu comprobata sequor' (cf. § 1). Eodem modo in II. de d. n. priusquam physicis rationibus deos esse confirmatur, hoc omnibus quasi innatum esse explicatur. Et multum in his ipsis quaestionibus Stoicos praesumptioni omnium hominum dare commemorat Seneca in ep. 117, 6. Deinde etiamsi de rebus singulis opiniones variae sint, tamen summam constare pluribus locis repetitur: Tusc. I, 30 'multi de dis prava sentiunt . . omnes tamen esse vim et naturam divinam arbitrantur'; de d. n. II, 12: 'omnibus innatum est . . esse deos, quales sint varium est, esse nemo negat'; de leg. I, 24: 'nulla

gens est, quae non etiam si ignoret, qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat'.

Simillimo autem modo in § 38 remotis falsis de statu mortuorum sententiis ad veriores transit et de d. n. II, 45 ('restat ut qualis eorum [deorum] natura sit consideremus. In quo nihil est difficilius quam a consuetudine oculorum aciem mentis abducere').

Rationem autem quam adhibet, ut animos post mortem ad caelum ferri probet, in Stoicorum de natura animi sententia sola positam esse intelleximus.

Postremo animadvertas, quomodo Seneca in ep. 24, 18 Epicureos irrideat: 'non sum tam ineptus, ut Epicuream cantilenam hoc loco persequar et dicam vanos esse inferorum metus . . nemo tam puer est, ut Cerberum timeat'.

Sed quoniam aliquo modo intelleximus, quomodo Cic. haec in suum usum verterit, librum eius non ἀπόγραφον existimabimus. Immo si modo ei haec conscribenti aliquod continuum scriptum ad manus erat, argumenta inde raptim colligendo, in artum contrahendo, male exprimendo, suo arbitrio conectendo, gravia neglegendo, inepta addendo id certe consecutus est, ut illud in his vix agnosceretur. Itaque certi libri ex his restituendi spem deponemus. Sed ad quemnam vel ad quosnam auctores illa argumenta quae a Stoicis certe sumpta sunt, referenda sint, fortasse erui potest.

Qua in quaestione etiam nobis a § 42, in qua Panaetius auctor affertur, proficiscendum esse videtur. Quo loco duae sententiae perspicue distinguuntur: aut dissipari animos post mortem aut permanere. Utra vera sit, non diiudicatur. Id solum contenditur sive haec sive illa valeat animos post mortem superiora capessere. Cum vero illam Panaetii esse cognoverimus, hanc scriptor ipse sequatur, fortasse a vero non aberrabimus, si hunc locum a Stoico aliquo Panaetii aetate inferiore sumptum esse concludemus, quem hoc quidem loco id solum egisse, ut etiamsi Panaetii sententia accipere-

tur, quam ipse non probaret, tamen animos sursum ferri doceret. — Cuius num certiora vestigia indagari possint, videbimus.

Qua in re viam monstravit Krischius (p. 452), qui primus conlato cum § 26 Sexto adv. math. IX, 23 Ciceronem eo loco non Platonem (Tim. p. 40 A, Phil. p. 16 C), sed Stoicos recentiores sequi indicavit (v. l. c.: τῶν δὲ νεωτέρων στωϊκῶν φασὶ τινες τοὺς πρώτους καὶ γηγενεῖς τῶν ἀνθρώπων κατὰ πολὺ τῶν νῦν συνέσει διαφέροντας γεγονέναι). Inter quos inprimis de Posidonio cogitandum esse Senecae epistolam 90 docere putavit. Qua Senecam locum quendam Posidonii *Προτρεπτικῶν* (Laert. Diog. VII, 91, 129) tractasse Bakius (Posidonii reliquiae p. 36) magna cum probabilitate coniecit. Is tamen epistolam illam non satis excussit, ex qua plura ad Posidonii sententiam illustrandam apta colligi poterant. Cuius epistolae summa tribus continetur partibus (I: 3—6. II: 7—33. III: 34—46), quarum B. mediam potissimum respexit eandemque in librum suum transcripsit. Sed primum apparet § 5 ab antecedentibus, quas ille neglexit, non posse dirimi. Nam quamquam in hac demum Posidonii nomen commemoratur, tamen hic locus sic iis quae antecedunt adiungitur, ut etiam ea ex mente eius scripta esse eluceat. Prima igitur parte Seneca Posidonii sententiam quatenus probet explicat, altera artes ad vitam pertinentes a philosophia inventas esse, quod ille voluit, refutat, postrema ea quae in prima concesserat, reprobat. Nam cum illa, quae vis et auctoritas philosophiae apud primos mortales fuisset, exposuerit, hac philosophiam parari virtutemque artem esse nec sapientem appellandum, qui natura recte faciat, ostendit. Itaque primos illos mortales, quamquam sapientibus facienda fecisse concedit (§ 36), tamen *sapientes* fuisse negat. Cum vero statum eorum felicissimum ipse existimaret et copiose laudaret, fieri non potuit, quin etiam in hac parte si non verba, tamen sententiam Posidonii, quantum cum eo consentiebat, sequeretur (cf. §§ 3, 36, 38). Ita

sine dubio in § 44 Pos. sententiam significavit, quem locum ut quo ea optime illustretur apponam: 'non tamen negaverim fuisse alti spiritus viros et ut ita dicam a dis recentes (Cic. 'quae [antiquitas] quo propius aberat ab ortu et divina progenie'); neque enim dubium est, quin meliora mundus nondum effectus ediderit.'

Similia autem leguntur etiam in prooemio libri V. Tusc., quod suo iure Zietzschmannus (de Tusc. disp. font. Halis 1868 p. 33 sq.) Bakio auctore (cf. p. 36) Posidonio vindicavit. Nam profecto Cic. illud Posidonii: 'est autem unus dies bene et ex praeceptis tuis actus peccanti immortalitati anteponendus' (cf. Sen. ep. 78, 28) nullo auctore nominato non protulisset § 5, nisi cetera eidem auctori deberet. In hoc igitur eodem modo et philosophiam antiquissimam et a philosophis hominum vitam primis instructam esse affirmatur (§ 6, 7).

Cum his autem locis tertius coniungendus esse videtur, qui legitur de leg. II, 27 ('antiquitas proxime accedit ad deos'), qui etiam eo cum Tusc. I, 27 consentit, quod illis ex hominum genere consecratis dis animos immortales esse probetur.

Alia Posidonii vestigia circumspicientibus nobis occurrit § 44, in qua insunt quae a communi quidem Stoicorum doctrina valde abhorreant. Cupiditates enim animo cum corpore coniuncto oriri, ipsam autem mentem ab iis liberam esse aperte declaratur. Contra Stoici perturbationes ab ipsa mente proficisci docuerunt. Quos posuisse animi *ἀνώτατον μέρος τὸ ἡγεμονικὸν τὸ ποιοῦν τὰς φαντασίας καὶ τὰς συγκαταθέσεις καὶ αἰσθήσεις καὶ ὁρμὰς* Plut. plac. IV, 21 tradit. Perturbationem autem appetitum vehementiorem esse statuerunt. Definiebat enim eam Zeno teste Laertio VII, 110: *ἄλογον καὶ παρὰ φύσιν κίνησιν ἢ ὁρμὴν πλεονάζουσιν*¹⁾. Quod explanat Chrysippus apud Galenum (Plac.

¹⁾ Cf. etiam Cic. Tusc. IV, 11. Stob. ecl. p. 166 H. Andron. *περὶ παθῶν*.

Hipp. et Plat. p. 366 sq.) ita: οἰκείως δὲ καὶ ὁρμὴ πλεονάζουσα λέγεται εἶναι τὸ πάθος.. ὑπερβαίνουσα γὰρ τὸν λόγον ἢ ὁρμὴ καὶ παρὰ τοῦτον ἀθρόως φερομένη οἰκείως τε ἂν πλεονάζειν ῥηθεῖη καὶ κατὰ τοῦτο παρὰ φύσιν γίνεσθαι καὶ εἶναι ἄλογος ¹⁾). Sed cum diversas mentis facultates esse negaret (p. 353: μηδὲ γὰρ εἶναι τινα τοιαύτην [δύναμιν] ἐπιθυμητικὴν τε καὶ θυμοειδῆ .. τὸ ὅλον γὰρ εἶναι τὸ τῶν ἀνθρώπων ἡγεμονικὸν λογικόν cf. p. 274, 305), causam ipsam quae efficeret, ut appetitus rationem transgrederetur, irrationalem esse noluit. Nec vitiorum semen in ipso hominem inesse (cf. Gal. περὶ τ. τ. ψυχῆς ἡθῶν t. IV p. 820 Kuehn: οὐ γὰρ ὥς οἱ Στωϊκοὶ φασιν ἔξωθεν... ἀλλὰ τὸ πλέον [sc. τῆς κακίας] ἐξ ἑαυτῶν ἔχουσιν οἱ πονηροί illud Stoicorum, hoc Galeni), sed omnes natura rationem sequi (Chrys. ap. Gal. p. 338 τὸ λογικὸν ζῶον ἀκολουθητικὸν φύσει ἐστὶ τῷ λόγῳ) et pulchrum bonumque appetere (Gal. p. 439: ὁ δὲ Χρ... φάμενος ἡμᾶς ψκλειῶσθαι πρὸς μόνον τὸ καλόν, ὅπερ εἶναι δηλονότι καὶ ἀγαθόν); perverti autem et visorum persuasionem et pravorum institutionem (Gal. p. 441: διὰ τε τὴν πιθανότητα τῶν φαντασιῶν καὶ τὴν κατήχησιν cf. p. 440, 6 π. τ. τ. ψ. ἡ. p. 816 K.) ²⁾). Nam ut animos sic corpora quadam contentione contineri (p. 378: καὶ ὁ ἐν τῇ ψυχῇ λέγεται τόνος εὐτονία καὶ ἀτονία cf. p. 414), quae cum insipientium in animis non satis firma esset (p. 380: διὸ πάντων τῶν φάύλων οὕτω πραττόντων ἀποστατικῶς καὶ ἐνδοτικῶς), fieri ut naturae constantiam non servantes rationemque avertentes perturbationibus moverentur (p. 378: ὁ μὲν δεινῶν ³⁾ ἐπιγινόμενων ἀφίσταται, ὁ δὲ κέρδους ἢ ζημίας φερομένης ἐξελίθῃ καὶ ἐνέδωκεν). His igitur visis illi moventur, ut sive bona mala, sive mala bona iudi-

¹⁾ Intellegas et hic et deinceps paginas editionis Muellerianae.

²⁾ Cf. etiam Laert. Diog. VII, 89.

³⁾ Sic puto scribendum esse; libri δέμων, Kuehn, Mueller δειμῶν.

cent¹⁾. Itaque *κρίσεις* Chrys. perturbationes esse censuit (L. D. VII, 111; Gal. p. 405: *X. μὲν οὖν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ παθῶν ἀποδεικνύναι πειρᾶται κρίσεις τινὰς εἶναι τοῦ λογιστικοῦ τὰ πάθη* cf. p. 336, 348, 349, 383) et Cic. eum secutus omnium perturbationum causam in opinione posuit (Tusc. III, 23 cf. L. D. VII, 110),

Itaque cum unum agendi principium idque in mente Stoici ponerent nec sensus ab animo secernerent, sed mentis per eos commeantis quasi instrumenta esse vellent, fieri non potuit, ut corpus vim mentis perturbandae habere concederent. Quam sententiam etiam Panaetius usque eo secutus est, ut potius corpus animo quam animum corpore perturbari statueret. Itaque non concessit animum a corpore liberum et secretum morbis carere, sed cum in ipso animo morborum causas poneret, hanc conclusit rationem: cum quod doleret, interitum esset, animi autem dolerent, animos etiam interituros esse (v. § 79). Quae cum § 44 conciliari non posse, qui alterum cum altero loco conferet, concedet. Itaque Panaetium Ciceronis auctorem non esse stabit et confirmatur. Quamquam iam hic Chrysippi sententiam deflexisse videtur. Nam de off. I, 101 Cicero duplicem vim animorum esse atque unam partem in appetitu, alteram in ratione positam esse statuit.

Sed aperte contra Chrysippum Posidonius exstitit. Qui cum frustra ex eo quaesivisset qua causa appetitus ita auferentur, ut rationi non oboedirent (p. 348 *πυνθάνεται τοὺς περὶ X. οὐκ ὀλιγάκις ἐν τῇ περὶ παθῶν ἑαυτοῦ πραγματεῖα τίς ἢ τῆς πλεοναζούσης ὁρμῆς ἐστὶν αἰτία*), ipse ad Platonis sententiam rediit (cf. p. 396, 16 sq.) ita quidem, ut non partes, sed facultates tres animi discerneret *λογιστικὴν, θυμοειδῆ, ἐπιθυμητικὴν* (p. 432 *τὸ μὲν δὴ τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς τρεῖς εἶναι τὸν ἀριθμόν, αἷς ἐπιθυμοῦμέν τε καὶ θυμούμεθα καὶ λογιζόμεθα, καὶ II. ὁμολογεῖ*). Has duas ut

¹⁾ Quamquam haec falsa iudicia Chrys. ab erroribus mentis distinxit cf. p. 339, 5.

communem perturbationum fontem iunctas rationi opposuit, ut animum rursus divideret in duo, τὸ λογιστικὸν καὶ τὸ παθητικόν (ap. Gal. p. 445 αὕτη γὰρ ἀρίστη παίδων παιδεία παρασκευὴ τοῦ παθητικοῦ τῆς ψυχῆς ὥς ἂν ἐπιτηδαιοτάτη ᾗ πρὸς τὴν ἀρχὴν τοῦ λογιστικοῦ). Itaque perturbationis παθητικὰς κινήσεις appellavit (p. 443 τὰς παθητικὰς κινήσεις, οὕτω γὰρ ὁ Π. ὀνομάζειν εἴωθεν), quae quales essent, a corporis habitu pendere voluit (p. 442 ὥς τῶν παθητικῶν κινήσεων τῆς ψυχῆς ἐπομένων ἀεὶ τῇ διαθήσει τοῦ σώματος).

Quaecum sententia Tusc. locus bene congruit. Nam si animi perturbationes ad corporis habitum referantur, ut huius contagione mens turbetur, animi discessu a corpore mens motibus illis turbidis liberatur. Quae Posidonii sententia etiam locis quibusdam libri I. de divinatione illustratur, quo in libro Ciceronem Posidonium secutum esse nuper docuit Schichius (de font. libr. de div. Ienae 1875) ¹⁾. In

¹⁾ Quae inter I. Tusc. et I. de div. intercedit cognatio cum ad nostram disputationem non minimum valeat, ut intellegatur quam in explicanda naturali divinatione Cicero sequatur ratiocinationem Posidonii esse, quae argumenta mihi gravissima esse videntur quam possum brevissime exponam.

Totam de div. libri I. argumentationem a Stoicis se sumpsisse, exempla quaedam ipsum addidisse Cic. II, 8 indicat: 'accurate tu quidem Quinte, et *stoice Stoicorum* sententiam defendisti quodque me maxime delectat plurimis *nostris exemplis* usus es'. Itaque cum Cratippus Peripateticus pluribus locis (§ 70, 113) commemoretur, non licet sumere Ciceronem ab hoc argumenta etiam nomine non adiecto mutuatum esse. Recte igitur Schichius p. 24 Wachsmuthium (Ansichten der Stoiker über Mantik und Dämonen) vituperat, quod Cratippum Cic. in § 110 sequi contendat. Nam initio cap. 49 reedit oratio, ut Cic. ipse significat, ad cap. 39, in quo non cur fieret quidque sed fieret necne fieret, quaerendum esse statuerat (§ 86). Iam vero etiam rationem divinationis se allaturum esse profitetur. Et recte Schichius monet utrumque divinationis genus hoc loco probari, cum alterum a Cratippo reiectum sit. Apparet igitur Stoicum

quo quae naturalis divinationis argumenta afferuntur, eorum gravissimum est corpus animo errores perturbationesque afferre, a quo si solvatur, eum divina sua vi futura providere 17 § 63: 'cum ergo est *somno sevocatus animus a societate et a contagione corporis*, tum meminit praeteritorum, praesentia cernit, futura providet; iacet enim corpus dormientis ut mortui, viget autem et vivit animus. Quod

Cic. hoc loco sequi eundem quem loco priore. Deinde vero hic locus ita consentit cum iis quorum Posidonius auctor significatur (quod paullo post apparebit), ut hic quoque Ciceronem Stoicam sententiam exprimere voluisse credendum sit.

Et quae ita Posidonio tribui possunt, ut dubitatio omnino esse non possit, haec sunt:

I. § 60 — ad verba 'divino instinctu concitatur' § 66. Nam locus Platonius arte cum iis quae sequuntur, quibus animum a societate corporis liberum divinare probatur, cohaeret. Liberari autem et somno, si modice potus et cenatus homo quieti se dederit, et morte, deinde etiam appropinquante morte. Tum vero huius sententiae auctor ita affertur, ut totum hunc locum ad eum referendum esse eluceat: 'divinare autem morientes illo *etiam* exemplo confirmat Posidonius'.

II. § 125—131. Leguntur enim in § 125 haec: 'quocirca primum mihi videtur ut *Posidonius* facit a deo, de quo satis dictum est, deinde a fato, deinde a natura vis omnis divinandi ratioque repetenda'. Deinde explicatur, quo modo a fato (—128) et a natura (—129) divinandi ratio repetenda sit. — Inde a § 130 novum quoddam divinandi genus Posidonii introducitur (de quo v. Wachsmuth in l. c. p. 27).

III. Quae § 118 continentur Posidonium quoque docuisse Cic. in libro II testatur. Nam ad hunc locum pertinent quae II § 35 leguntur: 'pudet me . . Chrysippi, Antipatri, *Posidonii*, qui idem istuc quidem dicunt, quod dictum est a te, ad hostiam eligendam ducem esse vim quandam sentientem atque divinam quae toto confusa mundo sit'.

His igitur locis Posidonii doctrinam exhiberi etiam externis documentis probatur. Cum his autem naturalis divinationis ratio, quae § 110—115 explicatur ita consentit, ut dubitari non possit, quin ad eundem ea referenda sit. Res ipsa doceat:

*multo magis faciet post mortem, cum omnino corpore excesserit.*²

Ut vero omnino in his Pos. Platonica in suum usum vertit, sic etiam hoc Tusc. loco Phaedonis potissimum meminimus ut p. 81 A: οὐκοῦν οὕτω μὲν ἔχουσα (ἐὰν καθαρὰ ἀπαλλάττεται ἡ ψυχὴ) εἰς τὸ ὅμοιον αὐτῇ τὸ αἰεδὲς ἀπέρχεται, τὸ θεῖόν τε καὶ φρόνιμον, οἷ ἀφικομένη ὑπάρχει αὐτῇ εὐδαίμονι εἶναι πλάνης καὶ ἀνοίας καὶ φόβων καὶ ἀγρίων ἐρώτων καὶ τῶν ἄλλων κακῶν τῶν ἀνθρωπίνων ἀπηλλαγμένη. Quamquam quid intersit monere non opus est. Nam cum apud Platonem et animus et divinum illud sint αἰεδῆ, Pos. animos in caelum elatos in eadem condicione atque sidera divina ponit.

Etiam ea quae sequuntur a § 46 a genuina Stoicorum doctrina abhorrent. Quamquam quod viae quasi quaedam sint ad oculos, auris, naris a sede animi perforatae, nec sensibus ipsis, sed mente nos sentiamus, ex communi eorum sententia disputatur. Iubet Heinius legentes Plut. plac. IV, 21 conferre. Ipsius Chrysippi verba ex libro περὶ ἡγεμονικοῦ tradidit Gal. p. 251 sq.: ἡ ψυχὴ πνεῦμά ἐστι σύμφυτον ἡμῖν συνεχὲς παντὶ τῷ σώματι διήκον... ταύτης οὖν τῶν μερῶν ἐκάστῳ διατεταγμένων μορίῳ τὸ διήκον αὐτῆς εἰς τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν φωνὴν φάμεν εἶναι... εἰς δὲ συμβαίνει πάντα ταῦτα ἐν τῇ καρδίᾳ εἶναι μέρος ὃν αὐτῆς τὸ ἡγεμονικόν. Idemque p. 296: ὁρῶμεν κατὰ τοῦτο τὸ

§ 129 animi hominum cum aut somno soluti vacant corpore aut mente permoti per se ipsi liberi incitati moventur cernunt ea quae permixti cum corpore videre non possunt.

§ 63 iacet corpus dormientis ut mortui, viget autem et vivit animus.

§ 114 ii quorum animi spre-
tis corporibus evolant . . ardore
aliquo inflammati atque incitati
moventur, cernunt illa profecto
quae vaticinantes pronuntiant.

§ 115 viget enim animus in
sommis liber ab sensibus omni-
que inpeditione curarum iacente
et mortuo paene corpore.

μέρος καὶ συγκατατιθέμεθα τούτῳ καὶ εἰς τοῦτο συντείνει τὰ αἰσθητήρια πάντα, cf. Laert. VII, 52. Sed sensus impedire, quominus res acrius cognoscantur, ut tum demum animus, cum ab illis liber sit, quale quidque sit percipiat, hoc sane a Stoicis valde discrepat. Hanc vero sententiam Cic. sine dubio effecit. Quamquam haec, cum non verba auctoris latine redderet, sed magis sententiam eius adumbrare studeret, nec plane nec scite expressa sunt. Ut in additamento illo inutili: 'quibus tamen sentiri nihil queat mens nisi id agat et adsit' Ciceronis ingenium agnoscis sudantis et laborantis ut rem illustret, re vera obscurantis. Deinde haec quoque nec perspicue nec accurate dicta sunt: 'quae nunquam quinque nuntiis animus cognosceret nisi ad eum omnia referrentur et is omnium iudex solus esset', cum dicendum fuerit: 'quae nunquam cognoscerentur, nisi quae sensus perciperent ad animum referrentur'. Animo autem a sensibus distincto ut iudice fit *κριτήριον λόγος*. Hanc quidem sententiam Ciceronis auctor secutus esse videtur. Quae quantum absit a Stoicis apparet; quippe qui et cognitionem et scientiam omnem a sensibus repetiverint¹⁾. Nam visis impressis effectisque ex iis unde essent, qualia esse non possent ex iis unde non essent (Cic. Ac. II, 18) *assentiri* mentem, non vero *iudicare* censebant, utrum visa vera an falsa essent. Itaque *κριτήριον* statuebant *φαντασίαν καταληπτικήν*. De sensibus autem Cic. Lucillum secutum Antiochum *ὅς τὴν στοὰν μετέγαγεν εἰς τὴν Ἀκαδήμειαν* (Sext. Pyrrh. hyp. I, 235) haec iudicantem facit: ita clara eorum iudicia et certa esse, ut si optio naturae nostrae detur et ab ea deus aliqui requirat contentane sit suis integris incorruptisque sensibus an postulet melius aliquid, se non videre quid quaerat amplius (Ac. II, 19).

Noster autem locus propius ad Platonis sententiam

¹⁾ Cf. Zeller III² p. 72 sqq. Laert. VII, 49 sqq. Sext. adv. math. VII, 227—260. Cic. Ac. II, 17 sq.

accedit: cf. enim cum § 47 Phaed. p. 65 C: *λογίζεται δέ γέ που τότε κάλλιστα (ἢ ψυχῇ), ὅταν μηδὲν τούτων αὐτὴν παραλυτῇ, μήτε ἀκοή μήτε ὄψις μήτε ἀληθῶν μηδέ τις ἰδονή, ἀλλ' ὅ τι μάλιστα αὐτὴ καθ' αὐτὴν γίννηται . . καὶ . . ὁρέγεται τοῦ ὄντος*. Habes etiam illud 'quale quidque est': D: *λέγω δὲ περὶ πάντων . . ὃ τυγχάνει ἕκαστον ὄν*. Sed similia invenimus in libro I. de div. cf. locum supra allatum (§ 63), deinde § 115: 'viget animus in somnis liber ab sensibus omnique impeditioe curarum', § 129: 'alia ratio est, quae docet quanta sit *animi vis seiuncta a corporis sensibus*'. Deinde vero illam de *κριτηρίῳ* sententiam, quam huic loco subesse statuimus, Pos. in libro *περὶ κριτηρίου* tetigisse quidem Laertius tradidit VII, 54: *ἄλλοι δέ τινες τῶν ἀρχαιοτέρων Στωϊκῶν τὸν ὁρθὸν λόγον κριτήριον ἀπολείπουσιν ὡς ὁ Ποσειδώνιος ἐν τῇ περὶ κριτηρίου φησί*. Quamquam haec antiquiorum Stoicorum commemoratio rem potius turbare videtur. Sed coniungendum esse cum hoc loco Sext. Emp. adv. math. VII, 93 iam vidit Bakius rel. Posidon. p. 248; unde cum huic loco aliquid lucis adferri posse putem, rem paulo amplius enarrantem ambagibus me uti non visum iri spero.

Sextum Emp. in l. VII. philosophorum dogmaticorum de *κριτηρίῳ* sententias diversis commentariis usum conscripsisse eo apparet, quod quaedam bis nec suo loco leguntur. Nam eum rerum ordinem secutus, ut a Thaletis sectatoribus inciperet, deinde Pythagoricorum sententia exposita ad Eleatas transiret, tum Empedoclis Heracliti Democriti Platonis aliorum sententias enarraret, Pythagoreorum sententiam explicans versus Empedocleos commemorat, eosdem post sub Empedoclis nomine repetit eodemque loco Democriti et Platonis sententias tangit, de quibus post dicturus erat.

Qui loci, ut quae ratio inter eos intercedat intellegatur, accuratius inter se conferendi sunt.

Duo Empedoclis interpretum genera discernuntur, 115:

Ἐμπ. κατὰ μὲν τοὺς ἀπλούστερον δοκοῦντας αὐτὸν ἐξηγεῖσθαι ἔξ κριτήρια τῆς ἀληθείας παραδίδωσιν, 122: ἄλλοι δὲ ἦσαν οἱ λέγοντες κατὰ τὸν Ἐ. κριτήριον εἶναι τῆς ἀληθείας οὐ τὰς αἰσθήσεις ἀλλὰ τὸν ὁρθὸν λόγον. Quodsi illorum interpretationem legimus memores eorum quae supra ex Posidonii commentario in Timaeum (93) allata erant, mirabimur, quod, cum Plato illo argumento τὰ ὅμοια τῶν ὁμοίων εἶναι γνωριστικὰ in Timaeo usus esse dicatur, verba quaedam ex eo ut ipsius Platonis exhibentur quae frustra apud eum quaesiveris. Locis vero ipsis inter se collatis:

93. ὥς τὸ μὲν φῶς, φησὶν ὁ Ποσειδώνιος τὸν Πλάτωνος Τίμαιον ἐξηγούμενος, ὑπὸ τῆς φωτοειδοῦς ὁψεως καταλαμβάνεται, ἡ δὲ φωνὴ ὑπὸ τῆς ἀεροειδοῦς ἀκοῆς, οὕτως καὶ ἡ τῶν ὄλων φύσις ὑπὸ συγγενοῦς ὀφείλει καταλαμβάνεσθαι τοῦ λόγου.

199. εἰ γὰρ ἡ μὲν ὄρασις, φησί (sc. ὁ Πλάτων ἐν τῷ Τιμαίῳ), φωτὸς ἀντιλαμβανόμενη εὐθύς ἐστι φωτοειδής, ἡ δὲ ἀκοὴ ἀέρα πεπληγμένον κρίνουσα [ὅπερ ἐστὶ τὴν φωνήν]¹⁾ εὐθύς ἀεροειδής θεωρεῖται (?), ἡ δὲ ὁσφρησις . . . καὶ ἡ ψυχὴ τὰς ἀσωμάτους ἰδέας λαμβάνουσα . . . γίνεται τις ἀσώματος.

facile intellegitur Sexti auctores non ab ipsis Platonis, sed interpretis eius Posidonii verbis profectos esse. Iam vero hos etiam alia protulisse, quae supra leguntur, res ipsa doceat.

92. . . . οἱ δὲ Πυθαγορικοὶ τὸν λόγον μὲν φασιν, οὐ κοινὰς δέ, τὸν δὲ ἀπὸ τῶν μαθημάτων περιγινόμενον, κατάπερ ἔλεγε καὶ ὁ Φιλόλαος, θεωρητικόν τε ὄντα τῆς τῶν ὄλων φύσεως ἔχειν τινὰ συγ-

120. τοιαύτης δ' οὔσης παρὰ τοῖς προγενεστέροις δόξης ἔοικε καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς ταύτῃ συμπεριφέρεσθαι, ἔξ τε οὐσῶν τῶν τὰ πάντα συνεστακυῶν ἀρχῶν λέγειν ἰσάριθμα ταύταις ὑπάρχειν

¹⁾ Fortasse glossema.

γένειαν πρὸς ταύτην, ἐπεὶ- τὰ κριτήρια, δι' ὧν γέγραφε·
 περ ὑπὸ τοῦ ὁμοίου τὸ ὁ- sequuntur versus iidem.
 μοιον καταλαμβάνεσθαι πέ-
 φυκεν·

γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὁπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,
 αἰθέρι δ' αἰθέρα διόν, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ αἰδηλον,
 στοργῇ δὲ στοργῇ, νεῖκος δέ γε νεῖκεϊ λυγρῷ.

Apparet igitur eos quos S. inferiore loco sequatur auctores eodem Posidonii loco usos esse quem supra quamvis coartatum attulerit. Nec vero quemquam alium significari nisi Posidonium puto, cuius Empedoclis interpretatio- nem S. § 122 iis opponit, quos Empedoclis *κριτήριον* sensus dixisse falso contendit. Nam hoc quidem apparet Posidonium cum rerum naturam ratione cognata percipi statueret (§ 93), versuum illorum sententiam explicare voluisse. Veritatis autem iudicium hoc modo posuit in ratione. Quam quidem sententiam illi quibus hunc alterum locum S. debet, quamquam ex Posidonii commentario rerum notitiam acceperant, reprobantes ipsi eam posuere, ut sex illis rerum principiis totidem *κριτήρια* respondere dicerent. Dubitari autem non potest, quin Pos. eo loco Empedoclis versus ex sua ipsius sententia expediverit. Itaque cum duobus illis locis inter se collatis, quae fere Pos. in commentario scripserit, appareat, id quod probandum erat constat.

Et ut ad Laertium redeamus, non dubito illud *Στωϊκῶν* vel Laertii ipsius vel auctoris eius inscitiae tribuere. Posidonius igitur cum scriberet *περὶ κριτηρίων* etiam antiquiorum sententias memoriae prodidit, hos autem intellexit Empedoclem Pythagoreos Platonem ¹⁾).

His constitutis ad alteram Cic. disputationis partem

¹⁾ Quos *παλαιούς* vel *ἀρχαίους* posteriores significare solitos esse exemplis confirmare opus non est. Etiam comparativum sic poni apparet ex Sext. adv. math. XI, 80 (*οἱ μὲν ἀρχαιότεροι* [Platonic] opponuntur Stoicis).

transeamus, in qua Platonica potissimum argumenta ad immortalitatem animorum probandam proferuntur. Iam in § 39 iterumque in § 49 ad Pythagorae et Platonis auctoritatem Cic. provocaverat, ita ut hunc illius sententiae rationem etiam attulisse diceret. Apparet Cic. cum Platonis sententiam defendat omnia quae explicet ex sua ipsius doctrina haurire videri velle. Sed primum quod tota haec quaestio ad Pythagorae Platonisque auctoritatem revocatur, hoc a Posidonio non abhorret. Nam in libris quidem *περὶ παθῶν* quibus Chrysippum eiusque sectatores impugnabat suam de anima sententiam a Pythagora et Platone repetivit et aperte hos auctores professus est: Gal. p. 401: *οὐ γὰρ Ἀριστοτέλης μόνον ἢ Πλάτων ἐδόξαζον οὕτως, ἀλλὰ ἔτι πρόσθεν ἄλλοι τέ τινες καὶ ὁ Πυθαγόρας, ὡς καὶ ὁ Ποσειδωνίος φησιν ἐκείνου πρῶτον μὲν εἶναι λέγων τὸ δόγμα, Πλάτωνα δὲ ἐξεργάσασθαι καὶ κατασκευάσαι τελεώτερον αὐτό* (cf. § 39) cf. p. 459. Accedit quod in l. I, 62 de div. Plato similiter laudatur: cf. cum § 47 haec: 'hunc ergo (Epicurum) antepones Platoni et Socrati? qui ut rationem non adderent, auctoritate tamen hos minutos philosophos vincerent'. Deinde etiam eo loco consensus Platonis cum Pythagora confirmatur eo, quod Pythagoricis interdictum sit, ne faba vescerentur. Quid igitur verisimilius est quam etiam in hac de immortalitate animorum quaestione Posidonium cum illis consentientem videri voluisse? Si vero Cic. rationes quas Plato attulerit laudans Posidonium sequatur, etiam ipsas eas quas deinceps explicet a Posidonio eum accepisse certe verisimile est. — Qua de re quid iudicandum sit, hac altera parte excussa et examinata viderimus.

Cic. priusquam rationes ipsas affert occurrit iis, qui animum corpore vacare posse negent. Atque propter quod vulgum vituperaverat, idem nunc Epicureis exprobrat eos animos per se ipsos viventis non posse mente complecti (cf. § 37). Similiter etiam de deorum natura Stoici cum Epicureis rixabantur cf. de d. n. II, 45; I, 87 sq. Stoicos

autem Ciceronem in his sequi apparet eo quod conformationem, magnitudinem, tenuitatem animo tribuit.

Sed ut hunc locum recte intellegamus, § 51 ab hominibus doctis coniecturis vexatam neglegere non possumus. Legitur codicibus consentientibus: '*nisi* enim — *non* possumus, certe *et* deum ipsum *et* divinum animum corpore liberatum cogitatione complecti possumus'. Coniecerunt et in textum receperunt Seyffertus: '*si* enim — *non* possumus, certe *nec* deum ipsum *nec* divinum animum — possumus', Heinius: '*nisi* enim — intellegere possumus, certe deum ipsum et divinum animum — complecti *non* possumus'; qui quod ad sententiam attinet consentiunt. Quae sententia num in hunc locum quadret, equidem valde dubito. 'Nunc ad refellendos Epicureos — ait Seyff. — qui qualis futurus sit animus corpore liberatus intellegere se negant, argumentum repetit Cic. a deorum opinione, quos quidem ipsos nemo usquam viderit, cogitatione tamen complectantur omnes'. Quid eo quod di sint quamquam non videantur probatur? Nil nisi id, opinor, etiam animos qui non videantur *esse* tamen. Non hoc negaverunt Epicurei, sed corpore liberatos esse posse. Id ipsum igitur, in qua summa inest, ne tangitur quidem. Si vero animum corpore non egere Cic. docere voluit, etiam deos corporibus vacare demonstrandum fuit. Num vero ex eo, quod nemo deos viderit, eos omnino in conspectum cadere non posse consequitur? Immo et Epicurei nil nisi hominum figuris constitutis de dis cogitabant et ita vulgus deos mente complectebantur, ut imagines eorum sibi fingerent; quamquam nec hi nec illi quos fingeant oculis viderant. Inepta igitur est quam hi Ciceroni subdere volunt ratiocinatio. Mihi autem locus sanus videtur et hoc modo expediendus: isti qui negant se intellegere posse, qualis animus corpore vacans sit, videntur intellegere, qualis in ipso corpore sit. Quod quidem multo difficilius est, cum corpore tamquam aliena domo tectus sit. Si vero quamquam cerni non potest qualis in corpore sit, tamen intelle-

gunt, certe etiam eo quod ab eius natura alienum est liberatus cogitari potest. Verba enim 'quod nunquam vidimus' non dubito quin ad animum cum corpore coniunctum — non enim hunc vidimus — referenda sint. — Quamquam ne hanc quidem ratiocinationem ego meam faciam, tamen a Stoicis vel certe a Cicerone interprete eam alienam non esse putaverim.

Explicantur deinde argumenta immortalitatis animorum a c. 23—28: primum Platonis illud (Phaedr. p. 245 C) animum per se cieri et moveri, tum divinum esse; quorum utroque non solum immortales, sed etiam aeternos animos esse efficitur. Postremo comparatur animus cum deo, quorum utriusque divinitas ex operibus agnoscatur. Divinos esse animos eo probatur, quod insint in iis memoria et inventio. Qua in re cum Platonice rationibus utatur et iis, quae a Stoicis plurimum abhorreere videantur, inprimis quaeritur, num haec ex ipso Platone hauserit. Quod cum quaeramus, monendum est hoc divinitatis argumentum unum esse nec dividi posse, ut si dicere potuerimus, unde ea quae de inventionem exponantur sumpserit, una constet, a quo cetera acceperit. Sed etiam praeterea Cic. satis indicat, unde pendeat. Cur enim postquam cordis vel sanguinis vel cerebri vel atomorum vim memoriam esse negavit, haec adicit: '*animae sit ignisne* nescio nec pudet ut *istos* fateri nescire quod nesciam; illud si ulla alia de re obscura affirmare possem, *sive anima sive ignis est animus*, eum iurarem esse divinum' (§ 60). Deinde considera, quomodo tota argumentatio concludatur (§ 65): 'ergo animus ut ego dico divinus est, ut Euripides dicere audet deus: et quidem si deus aut *anima aut ignis* est, idem est animus hominis'. Intellegis a Stoico quodam hoc divinitatis argumentum sumptum esse. Hic igitur, postquam animum divinum esse probavit, eandem animi atque dei naturam, de qua alio loco egerat, esse collegit. Cuius tamen sententiam Cic. non plane ut suam amplectitur. Sed iudicio cohibito etiam quintam

quandam naturam animorum esse posse concedit. Cavet enim, ne quid certum affirmet, et suam disputandi libertatem sibi vindicat.

Iam si quae praecedunt propius inspicimus, Posidoninae sententiae nobis occurrunt. Nam in § 62 sqq. illud, de quo ante egimus (p. 10) philosophos fuisse, a quibus primis vita hominum instructa sit, explicatur.

I, 62 qui primus .. omnibus rebus imposuit nomina aut qui dissipatos homines congregavit et ad societatem vitae convocavit aut qui sonos vocis .. paucis litterarum notis terminavit. cf. 64 ¹⁾ .	V, 5 tu (philosophia) dissipatos homines in societatem vitae convocasti, tu eos .. litterarum et vocum communione iunxisti.
--	---

Atque omnium artium mater philosophia vocatur laudibusque efferuntur qui artes ad vitam communem pertinentes invenerint, quas a sapientibus inventas esse Posidonium docuisse a Seneca (ep. 90) discimus.

I, 62 .. omnes magni; etiam superiores qui <i>fruges</i> , qui <i>vestitum</i> , qui <i>tecta</i> .. invenerunt.	Sen. 90, 7 illa (philos.) . . . docuit <i>tecta</i> moliri . . . 20 <i>textrini</i> quoque artem a sapientibus dixit inventam . . . 21 transit ad <i>agricolas</i> . . hoc quoque opus ait esse sapientium.
--	---

Fortasse ne hoc quidem transeundum est, quod cum poesis et eloquentia vim divinam animorum declarare dicantur (§ 63), idem legitur de div. I, 80: 'atque etiam illa concitatio declarat vim in animis esse divinam. negat enim sine furore Democritus quemquam poetam magnum esse posse .. quid vestra oratio!'

Neque vero hunc locum transmittam, priusquam unum

¹⁾ Eodem loco usus erat in re p. III § 3.

quod interpretes quidem non tetigerunt, quod mihi tamen neque tam simplex neque tam clarum videtur, ut per se intellegatur expedivero. Quid enim significat verbis his: 'philosophia quid est aliud nisi ut Plato donum, ut ego *inventum* deorum?' Qui sunt di qui *invenisse* philosophiam dicantur? Ratio repetenda videtur a Persaei sententia qui eos docuit deos habitos esse, a quibus magna utilitas ad vitae cultum esset inventa (de d. n. I, 38 cf. II, 60—62). Hos autem Posidonius, ut vidimus, iudicavit philosophos. Itaque nec Atlantem nec Prometheum, nisi divina cognitione ceteris praestitissent, homines deos credituros fuisse putabat (Tusc. V, 8). Ab his igitur dis philosophiam primis constitutam, traditam, inventam esse voluit.

Hoc modo via munita alteram aggrediamur argumenti partem, in qua tam longe a communi Stoicorum sententia discedit, ut Posidonio dimisso suo Marte philosophari sane videri possit. Tamen in his quoque eum a Stoicis non prorsus potuisse oculos avertere iam intelleximus (cf. § 60). Cuius rei plura indicia sunt. Vide enim, quomodo argumentum introducatur. Et liceat quae a Cicerone molesta anacolutia conturbata et obscurata sunt, digesta et explanata referre: hominum animum si ut corpora, unde concretus et quomodo factus esset, videremus aut si qualis plantarum vel etiam bestiarum esset, etiam interire credendum esset. Quoniam autem animus non nascitur, non interibit. Itaque de Phaed. p. 78 C Ciceronem cogitasse, quod Heinius putat, negandum est. Sed rectissime hic animadvertit eodem modo Cic. atque Stoicos rerum gradus describere. Cf. de d. n. II, 33: 'animadvertimus *a natura sustineri* ea quae gignuntur ex terra . . . bestiis autem et sensum et motum dedit et cum quodam appetitu *accessum* ad res salutare, a pestiferis *recessum*; hoc homini amplius, quod addidit *rationem*'.

Deinde Cic. § 57—59 Menone Platonis commemorato Socraticae ratiocinationis quae est in Phaed. a p. 72E—77 A summam facere studet, quibuscum haud inepte Tim. p. 44

a. f. coniungit. Quod ita facit, ut non locos ipsos afferat, sed circumscribere et illustrare studeat. Qua in re quomodo Stoica et Platonica confusa essent, idem Heinius indicavit. Nam *ἐννοίας* illas Cic. a Stoicis sumpsit, quas Zenonem ideis substituisse legimus apud Stob. ecl. I p. 332 H. Quamquam eos ille visis oriri voluit, hoc loco animus attulisse dicitur. Maxime autem mirabimur, quae in § 59 leguntur. Simonidis aliorumque mirifica memoria missa Cic. communem hominum memoriam admiratur, qui tam multa meminerint, ut quanta eorum mens sit, difficile sit existimare. Quibus satis ostendit se ne intellexisse quidem quae modo exposuerat itaque ipse ex Platone collegisse putandus non est.

Auctor igitur Ciceronis Stoicorum sententiam ex qua memoria visis impressis oritur (Plut. plac. IV, 11) improbens ut ex verbis § 61 apparet: 'an imprimi quasi ceram animum putamus et esse memoriam signatarum rerum in mente vestigia', rerum notiones in animis insitas et innatas esse itaque animum antequam homo nasceretur esse censuit. Summam autem huius argumenti hanc fecit: animos cum non nascerentur non posse interire. Contra Panaetius statuit (§ 79) animos nasci itaque interire. Apparet igitur si quis Stoicorum post Panaetium de immortalitate scripserit, ei aut refutandum hoc argumentum fuisse aut cum Panaetio faciendum. Iam legimus apud Lactantium (div. inst. III, 18) et Pythagoricos et *Stoicos*, cum timerent argumentum illud quo colligeretur necesse esse ut occiderent animae cum corporibus, quia cum corporibus nascerentur, dixisse non nasci animas sed insinuari potius in corpora. Fortasse igitur hoc non spernendum est. Nam etiamsi ab antiquioribus certe Stoicis alienum est, fortasse post Panaetium exstitit qui ut immortalitatem animorum servaret, a Pythagora et Platone

¹⁾ cf. etiam Sext Emp. adv. math. VII, 372 sqq. Laert. Diog. VII 45 et 50.

auxilium peteret. Iam Seneca quidem multis locis de animis ita disputat, tamquam cum corpore non nascerentur: e caelo eos descendisse eoque redituros esse: cf. in epistolis 29, 9. 65, 16. 70, 16. 92, 30. 120, 14 etc.; in cons. ad Helv. 6, 6 etc. Quod etiam Zellerum non fugit, qui hos locos et a Stoica disciplina abhorrere negat (v. p. 188, 189), et ad Platonis sententiam propius accedere concedit (cf. p. 189, 634). Quod iudicium tam anceps et incertum nodum certe non solvit. Dissentire enim Senecam et priores una datur et negatur. Si vero res ita se habeat, ut Sen. propius ad Platonem accesserit, antiquiores ab eo recesserint, quomodo hoc factum sit quaerendum est. Certe enim Sen. ipse Platonis scriptis diligentiores operam non adhibuit. Qui Lucilium suum docens, quid Plato de eo *quod est* disputaverit, non ea exponit, quae ipse ex Platonis scriptis didicerit, sed quae ab amico quodam audiverit (ep. 58, 8). Neque is est qui aut sua sponte in haec inciderit aut ipse in his quaestionibus, quae communem sensum transcendunt quicquam novare ausus sit (cf. ep. 102, 2: 'iuvabat de aeternitate animarum quaerere, immo mehercules *credere*. Credebam enim me facile opinionibus magnorum virorum rem gratissimam promittentium magis quam probantium'). Qui quae disputabat aliis debebat, quamquam et hinc et illinc libata non ut Cic. antequam concoxisset reddebat, sed perpensis et consideratis sui ingenii colorem obducebat. Quam scribendi rationem ipse perbene descripsit in ep. 84, 5 sq. Itaque quamquam difficillimum est, tamen fortasse cura et diligentia adhibita multa ex eius scriptis erui poterunt, quibus quae priores docuerint illustretur. Iam inter eos Stoicos, quos Sen. lectitaverat, certe in primis Posidonius fuit, quem in eorum numero ducit, qui plurimum philosophiae contulerint (v. ep. 90, 20) clarissimisque Stoicis in aequo ponit (ep. 33, 4. 104, 22 ['vive cum Chrysippo, cum Posidonio']. 108, 38); cuius dicta singula affert (ep. 78, 28; 92, 10; 113, 27); sententias nomine adiecto inlustrat (ep. 78, 9; 90, 7 sqq. 94, 38; 95, 65

'saepe in N. Q.). Itaque verisimillimum est multis locis etiam quibus auctor non nominatus sit Posidonii sententias subesse. Interdum autem ubi a ceteris Stoicis discrepans ad Platonem propius accedit Sen. ipse Posidonium auctorem profitetur ut in ep. 92, in qua summo bono ex sententia Posidonii exposito (§ 3: 'ad haec quomodo pervenitur? si *veritas* tota perspecta est; si servatus est in rebus agendis ordo . . . innoxia voluntas ac benigna, intenta rationi nec unquam ab illa recedens'. cf. Clem. Alex. Strom. p. 589 ed. Pott. [τέλος ἡγείται] ὁ Ποσειδώνιος τὸ ζῆν θεωροῦντα τὴν τῶν ὅλων ἀλήθειαν καὶ τάξιν καὶ συγκατασκευάζοντα αὐτὸν κατὰ τὸ δυνατόν κατὰ μηδὲν ἀγόμενον ὑπὸ τοῦ ἀλόγου μέρους τῆς ψυχῆς) cum iis litigatur qui honestatem cum voluptate coniunctam summum bonum iudicent. Quos illa animi partitione, quam Pos. a Platone susceperat, adhibita reprendit, quod duarum animi partium irrationalium alteram animosam relinquant, alteram humilem et voluptatibus deditam beatæ vitæ necessariam putent. Qua ratione illos summum bonum Scyllæ simile reddere. Quod in simile quis eum induxerit, statim adicit: 'prima pars hominis est ipsa virtus: huic committitur inutilis caro et fluida receptandis tantum cibis habilis, ut ait *Posidonius*' (§ 10). — In eadem epistola leguntur quæ huc pertinent cf. § 30: '(sapientis animus) deos aequat; illo tendit *originis suæ* memor; nemo improbe eo conatur adscendere, unde *descenderat*'.

Sed prius necesse est antiquiorum Stoicorum sententia eruatur et conferatur, utrum consentiat cum illis locis necne. Quibus potissimum nisus Lipsius in Physiol. III, 8 Stoicos omnes animum sub partem e caelo advenire voluisse censuit. Quod aperte a vero abhorret. Nam ex semine eos animum nasci voluisse satis multi loci testantur. Semen esse τὸ οἶόν τε γενᾶν τοιαῦτα ἀφ' οἴου καὶ αὐτὸ ἀπεκρίθῃ (Laert. VII, 158); ψυχῆς μέρος καὶ ἀπόσπασμα (Eus. pr. ev. XV, 20; cf. Plut. pl. V, 4); σύμμιγμα καὶ κέραςμα τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων ἀπεσπασμένον (Plut. de coh. ira 15); συγκριῆσθαι τοῖς

τῆς ψυχῆς μέρεσι κατὰ μιγμοῦ τῶν προγόνων λόγον (L. l. c.). Itaque nasci animos similitudine liberorum et parentium potissimum probabant, cf. Plut. rep. St. p. 1053 D: ἀποδείξει χρῆται (Χρῦς.) τοῦ γεγονέναι τὴν ψυχὴν καὶ μεταγενεστέραν εἶναι μάλιστα τῷ καὶ τὸν τρόπον καὶ τὸ ἦθος ἐξομοιοῦσθαι τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι. Eodem argumento Cleanthes animum corpus esse effecit (cf. Nemes. de nat. hom. II, p. 32. Tert. de an. V). Idem autem Panaetius protulit cf. Tusc. I, 79: 'nasci animos, quod declaret eorum similitudo qui procreentur, quae etiam in ingeniis, non solum in corporibus adpareat.' Et Chrysippus naturam in animam verti censuit: Plut. rep. St. p. 1052 F τὸ βρέφος ἐν τῇ γαστρὶ φύσει τρέφεσθαι νομίζει καθάπερ φυτόν· ὅταν δὲ τεχθῇ ψυχούμενον ὑπὸ τοῦ αἵματος καὶ στομούμενον τὸ πνεῦμα μεταβάλλειν καὶ γίνεσθαι ζῶον (cf. de primo frig. p. 946 C), ὁθεν οὐκ ἀπὸ τρόπου τὴν ψυχὴν ὠνομάσθαι παρὰ τὴν φύξιν. Itaque cum animum nudum et rudem, facultate quidem rationis adsequendae, ratione ipsa tamen non praeditum nasci voluerint, etiam dubium videtur, num hominum animi maiore iure ex eorum sententia divini appellari possint quam id, quo bestiae plantae terra contineantur (cf. Laert. VII, 139).

Cic. de leg. I, 24 certe non antiquiorum illorum sententiam expressit: '... exstitisse quandam maturitatem serendi generis humani, quod sparsum in terras atque satum divino auctum sit animorum munere quomque alia quibus cohaerent homines e mortali genere sumpserint quae fragilia essent et caduca, animum esse ingeneratum a deo. Ex quo vere vel agnatio nobis cum caelestibus vel genus vel stirps appellari potest.' Neque de d. n. II, 18: 'quin et umorem et calorem, qui est fusus in corpore, et terrenam ipsam viscerum soliditatem, animum denique spirabilem si quis quaerat, unde habeamus apparet. . . illud autem quod vincit haec omnia, rationem dico . . unde sustulimus?' Qui loci tamen consentiunt cum § 56 Tusc. I.: 'nam sanguinem,

bilem .. omnem denique .. corporis figuram videor posse dicere, unde concreta et quo modo facta sint: animum ipsum —' omnibus his locis id dilucide enuntiatur animum et corpus ita diversa esse, ut non una nascantur, sed hoc natura gigni, illum altioris ortus esse.

Primum locum, si accuratius inspicies, facile intelleges Platonice sententiam prae se ferre cf. Tim. p. 41 C: καθ' ὅσον μὲν αὐτῶν ἀθανάτοις ὁμώνυμον εἶναι προσήκει θείον λεγόμενον ἡγεμονοῦν τε ἐν αὐτοῖς .. σπείρας καὶ ὑπαρξάμενος ἐγὼ παραδώσω· τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς ἀθανάτῳ θνητὸν προσφραίνοντες ἀπεργάζεσθε.

Alter autem locus tantum abhorret a Stoicis, ut id, quo contineamur et vivamus, ab animo separetur. Nam quid aliud est quam animi igneus spiritus, qui totum corpus penetrans nos conservet et sustineat? Cf. eiusdem libri § 30: 'hic noster calor, quo haec quae nota nobis sunt retinentur et vigent'. Cui corporeo igni Cleanthes solis ignem similem et propterea solem animantem esse censuit (§ 41). Sed illam rationem a Xenophonte ortam iam Zenonem adhibuisse, ut mundum rationalem esse demonstraret, Sext. adv. math. IX, 101 tradidit. Cuius tamen argumenta a Cicerone valde discrepant. Neque enim quia animus in terris nasci non potuerit, esse quandam divinam rationem concluditur; sed quia mundus animalia rationalia contineat, etiam ipsum rationalem esse: ὁ δὲ γε κόσμος περιέχει σπερματικούς (Bekk.) λόγους λογικῶν ζώων· λογικὸς ἄρα ὁ κόσμος.

Itaque etiamsi animorum eandem naturam atque divinorum astrorum eosque partes dei esse vellent (μόρια καὶ ἀποσπάσματα cf. Laert. VII, 143), tamen eos non ita divinos habuerunt, tanquam a reliqua natura diversi et exempti essent. Veram eorum sententiam Epictetus expressit in diss. I, 9: ἀπ' ἐκείνων δὲ (Θεοῦ) τὰ σπέρματα καταπέπτωκεν οὐκ εἰς τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν μόνον οὐδ' εἰς τὸν πάππον, ἀλλ' εἰς ἅπαντα μὲν τὰ ἐπὶ γῆς γεννώμενά τε καὶ φνύμενα, προοιγουμένως δ' εἰς τὰ λογικά.

At inauditum inter Stoicos est, cum Seneca corpus hospitio brevi animumque hospiti in alieno habitanti peregrinoque et properanti comparat (ep. 120 § 14, 15, 18) alioque loco deum in corpore hospitantem vocat (ep. 31, 11). Quam sententiam passim, accuratius etiam in ep. 41 exponit: '1. prope est a te deus, tecum est, intus est. . . 2. sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum observator et custos prout a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat. 5. vis istuc divina descendit. animum excellentem, moderatum . . . caelestis potentia agitat . . . animus magnus ac sacer . . . conversatur quidem nobiscum, sed haeret origini suae'¹⁾. In quibus paene spoponderim eum Posidonium sequi: cf. Pos. apud Gal. p. 448 τὸ δὲ τῶν παθῶν αἴτιον τούτεστι τῆς τε ἀνομολογίας καὶ τοῦ κακοδαίμονος βίου τὸ μὴ κατὰ πᾶν ἔπεσθαι τῷ ἐν αὐτοῖς δαίμονι συγγενεῖ τε ὄντι καὶ τὴν ὁμοίαν φύσιν ἔχοντι τῷ τὸν ὅλον κόσμον διοικοῦντι, τῷ δὲ χεῖρον καὶ ζῳάδει ποτὲ συνεκκλίνοντας φέρεσθαι. Quibus significat duas illas animi partes, τὸ λογικὸν καὶ τὸ παθητικόν, quod elucet e verbis paulo post sequentibus: τὸ κατὰ μηδὲν ἄγεσθαι ὑπὸ τοῦ ἀλόγου τε καὶ κακοδαίμονος καὶ ἀθέου τῆς ψυχῆς (cf. etiam Clem. Al. 1. supra s.). Nec dubito, quin hanc sententiam ex Timaeo repetiverit: cf. p. 90 A τὸ δὲ περὶ τοῦ κριωτάτου παρ' ἡμῖν ψυχῆς εἶδους διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε, ὥς ἄρα αὐτὸ δαίμονα θεὸς ἐκάστῳ δέδωκε. Posidonius igitur, cum antiquiorum Stoicorum de animo sententiam mitteret, etiam in eo Platonem secutus est, ut rationalem animi partem deo cognatam ipsamque divinam iudicaret. Quod confirmatur etiam Sexti E. quodam loco, quem Posidonio vindicaverim. Locus enim ille supra commemoratus commentarii in Tim. tertio apud Sext. redit adv. Gramm. 303. Nemo putabit hoc loco Sextum suam sententiam proferre, quod priores loci vetant. Verba de quibus agitur

¹⁾ Non posse haec ipsius Senecae esse post elucebit cf. p. 43.

haec sunt: Ἐμπεδοκλῆς θεὸν ἑαυτὸν προσηγόρευσεν, ἐπεὶ μόνος καθαρὸν ἀπὸ κακίας τηρήσας τὸν νοῦν καὶ ἀνεπιθό-
λωτον τῷ ἐν ἑαυτῷ θεῷ τὸν ἐκτὸς κατείληφεν.

Haec ut intellegatur, quid Posidonius de animorum divinitate iudicaverit, sufficiant. Atque ut omnis dubitatio tollatur, quin animum etiam ante vixisse quam homo nasceretur voluerit, in I, 115 de div. leguntur: '(animus) qui quia *vixit ab omni aeternitate* versatusque est cum innumerabilibus animis, omnia quae in natura rerum sunt videt' cf. 131. Quo loco, opinor, neque animos nasci et ante in cognitione viguisse (§ 57) satis aperte statuitur.

Itaque si omnia quae adhuc disputavi reputaveris animoque recollegeris, aliquid me habere spero te concessurum esse, cur Posidonium Ciceronem hoc loco secutum esse putem.

Neque dubito, quin ab eodem sumpserit ea, quae in § 80 contra alterum illud Panaetii similitudinis argumentum proferuntur. Quorum summa haec est: hominum similitudinem magis in corporum figura exstare et quae in animis conspiciatur, eam facere ea, quae in corporibus gignantur; itaque magni referre, quali in corpore animi locati sint. Auctorem affert Aristotelem in XXX. probl., in quo ille id exponit, de quo Galenus peculiarem quendam libellum scripsit 'ὅτι τὰ τῆς ψυχῆς ἥθη ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἐπε-
ται' vol. IV, p. 767 sqq. Kuehn. Iam antea eum Gal. de pl. H. et P. locum attulimus, quo hanc ipsam Posidonii sententiam commemorat (ὡς τῶν παθητικῶν κινήσεων τῆς ψυχῆς ἐπομένων ἀεὶ τῇ διαθέσει τοῦ σώματος p. 442). Ubi recte Gal. etiam annotat Posidonium in eo quod sanguinis animalium differentias non neglegeret Aristotelem secutum esse, qui de part. an. II p. 651a, 12 ait: πολλῶν δ' ἐστὶν αἰτία ἡ τοῦ αἵματος φύσις καὶ κατὰ τὸ ἦθος τοῖς ζῴοις καὶ κατὰ τὴν αἰσθησιν (cf. p. 316 sqq., 547). Quem omnino in his physiognomicis Pos. secutus esse videtur. Rursus autem propter haec Gal. in illo libello p. 814 sqq. et Posidonium

iaudat et Stoicos vituperat, quod eum in iis non sequantur, In quibus maxima laude dignus sit. Nec solum mores, sed etiam mentis et hebetudinem et aciem a corporis habitu pendere eum voluisse confirmat Strabo II p. 103. Quo loco id quod Pos. teste Gal. (p. 442) etiam in libris *περὶ παθῶν* posuerat corporis habitum ex aëris temperatione mutari, impugnat contra gentium differentias fortuitas esse statuens. Qua in re Posidonium corrigens haec affert: *οὐ γὰρ φύσει Ἀθηναῖοι μὲν φιλόλογοι, Λακεδαιμόνιοι δ' οὐ καὶ οἱ ἐν ἐγγυτέρῳ Θηβαῖοι, ἀλλὰ μᾶλλον ἔθει . . ὁ δὲ συγγεῖ ταῦτα.* Itaque certe non fortuna factum est, quod Gal. libri illius contra Stoicos adiutore Posidonio pugnans hunc finem fecit: *ἐν Σκύθαις μὲν γὰρ εἰς ἀνὴρ ἐγένετο φιλόσοφος, Ἀθήνησι δὲ πολλοὶ τοιοῦτοι· πάλιν δ' ἐν Ἀβδήροις ἀσύνετοι πολλοί, τοιοῦτοι δ' Ἀθήνησιν ὀλίγοι.* Accedit quod etiam ap. Cic. de div. I, 79 legitur: 'sunt partes agrorum . . aliae quae acuta ingenia gignant, aliae quae retusa: quae omnia fiunt et ex caeli varietate et ex disparili adspiratione terrarum' (cf. etiam de d. n. II, 6, 17. 16, 42). Atque ne ulla dubitatio reliqua sit, quantum Pos. in his a ceteris Stoicis discrepet, videas quomodo Strabo locum illum concludens eum reprendat: *πολὺ γὰρ ἐστὶ τὸ αἰτιολογικὸν παρ' αὐτῷ καὶ τὸ Ἀριστοτελεῖζον, ὅπερ ἐκκλίνουσιν οἱ ἡμέτεροι διὰ τὴν ἐπίκρυσιν τῶν αἰτιῶν.*

His peractis redeamus eo ubi Cic. vestigia Pos. relinquenter videramus (§ 65 a. f.). Reverti ad eum videtur in § 66. Certe quae sequuntur et Stoicorum menti consentanea sunt nec a Pos. abhorrent. Est enim ille locus qui ducitur ex admiratione rerum caelestium atque terrestrium (de d. n. II, 75), quo deum esse demonstratur. Itaque ut alterum quod diximus intellegatur, sufficiet ut conferantur cum his de d. n. 91—153; neque ne videamur *μακρηγορεῖν* nunc singula persequemur. Quamquam, quod ad Pos. attinet, me non fugit esse quod fortasse quispiam eius sententiae repugnare dicat. Nam Cic. vulgarem sententiam secutus medium

terrae cingulum calore uri et incultum esse dicat, Posidonium hoc negasse Cleomedes tradit p. 41 Bak. τὴν . . διακεκαῦσθαι λεγομένην οἰκουμένην καὶ εὐκρατον εἶναι ἀπεφήνατο. Sed quae a Cleom. ut Posidonii refertur sententia omnino consentit cum ea quam Polybii fuisse Geminus docet:

Cleom. I p. 40 sq.

σχολαιότερον . . . τοῦ ἡλίου προσιόντος τοῖς τροπικοῖς καὶ ἀποχωροῦντος καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ πλεόν περι αὐτοὺς ἐγγχρονίζοντες καὶ οὐκ ὄντων ἀοικήτων τῶν ὑπ' αὐτοῖς οὐδὲ τῶν ἔτι ἐνδοτέρω . . . ἀπὸ τούτων ὁ Ποσειδώνιος τὸ ἐνδόσιμον λαβὼν καὶ πᾶν τὸ ὑπὸ τὸν ἡσημερινὸν κλίμα εὐκρατον εἶναι ὑπέλαβε. καὶ πέντε ζώνας εἶναι τῆς γῆς τῶν εὐδοκίμων φυσικῶν ἀποφηνάμενων αὐτὸς τὴν ὑπ' ἐκείνων διακεκαῦσθαι λεγομένην οἰκουμένην καὶ εὐκρατον εἶναι ἀπεφήνατο. Ὅπου γάρ, φησὶν, ἐπὶ πλεόν τοῦ ἡλίου περι τοὺς τροπικοὺς διατρέβοντος οὐκ ἔστιν ἀοίκητα τὰ ὑπ' αὐτοῖς οὐδὲ τὰ ἔτι τούτων ἐνδοτέρω, πῶς οὐκ ἂν πολὺ πλεόν τὰ ὑπὸ τῷ ἡσημερινῷ εὐκράτα εἴη, ταχέως τῷ κύκλῳ τούτῳ καὶ προσιόντος τοῦ ἡλίου καὶ πάλιν ἴσθι τάχει ἀφισταμένου αὐτοῦ καὶ μὴ ἐγγχρονίζοντος περι τὸ κλίμα καὶ μὴν διαπαντός, φησὶν, ἴσης τῆς

Gem. Uran. p. 54.

Πολύβιος οὖν ὁ ἱστοριογράφος πεπραγμότενται βιβλίον ὃ ἐπιγραφὴν ἔχει 'περὶ τῆς περι τὸν ἡσημερινὸν οἰκῆσεως'. αὕτη δὲ ἔστιν ἐν μέσῃ τῇ διακεκαυμένην ζώνῃ· καὶ φησιν οἰκεῖσθαι τοὺς τόπους καὶ εὐκρατοτέραν ἔχειν τὴν οἰκήσιν τῶν περι τὰ πέρατα τῆς διακεκαυμένης ζώνης οἰκούντων· καὶ ἃ μὲν ἱστορίας φέρει τῶν κατωπτευκότων τὰς οἰκήσεις καὶ ἐπιμαρτυρούντων τοῖς φαινομένοις, ἃ δὲ ἐπιλογίζεται ἐπὶ τῆς φυσικῆς περι τὸν ἡλίου ὑπαρχούσης κινήσεως. Ὁ γὰρ ἥλιος περι μὲν τοὺς τροπικοὺς κύκλους πολὺν ἐπιμένει χρόνον κατὰ τὴν πάροδον τὴν πρὸς αὐτοὺς καὶ τὴν ἀποχώρησιν . . ὅθεν ἐπιμονῆς γινομένης πρὸς τὰς οἰκήσεις τὰς κειμένας ὑπὸ τοὺς τροπικοὺς ἀνάγκη ἐκπυροῦσθαι τὴν οἰκήσιν καὶ ἀοίκητον γίνεσθαι διὰ τὴν τοῦ καύματος ὑπερβολήν. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἡσημερινοῦ κύκλου ταχείας συμβαίνει τὰς

νυκτὸς τῇ ἡμέρᾳ οὐσης ἐνταῦ-
θα καὶ διὰ τοῦτο σύμμετρον
ἐχούσης πρὸς ἀνάψυξιν τὸ
διάστημα;

ἀποχωρήσεις γίνεσθαι . . εὐ-
λογον οὖν καὶ τὰς ὑπὸ τὸν
ισημερινὸν κειμένας οἰκίσεις
εὐκρατοτέρας ὑπάρχειν ἐπι-
τολῆς μὲν γινομένης ἐπὶ τοῦ
κατὰ κορυφὴν σημείου, ταχέως
δὲ ἀποχωροῦντος τοῦ ἡλίου.
... πλείονας δὲ χρόνους ἐπιμέ-
νει τοῖς περὶ τοὺς τροπι-
κοὺς οἰκοῦσαι κτλ.

Cleom. p. 41.

τοῦ ἀέρος τούτου ἐν τῷ
μεσαιτάτῳ καὶ βαθυτάτῳ τῆς
σκιᾶς ὄντος καὶ ὄμβροι γενή-
σονται καὶ ἄνεμοι γενήσονται
καὶ πνεύματα.

Strabo II p. 97.

προστίθῃσι δ' οὗτος (Πο-
λύβιος) καὶ διότι ὑψηλοτάτη
ἐστὶν (ἡ ὑποπίπτουσα τῷ ἰση-
μερινῷ). διόπερ καὶ κατομι-
βρεῖται τῶν βορείων νεφῶν
κατὰ τοὺς ἐτησίας ἐκεῖ τοῖς
ἀναστήμασι προσπιπτόντων
πλείστων.

Vera autem Pos. sententia ex Strab. II p. 94, 95 appa-
ret. Noluit enim eundem esse torridum cingulum atque qui
tropicis contineretur: διακεκαυμένην γὰρ λέγεσθαι τὸ αἰόκη-
τον διὰ τὸ καῦμα. τῆς δὲ μεταξὺ τῶν τροπικῶν πλέον ἢ τὸ
ἥμισυ τοῦ πλάτους οἰκήσιμόν ἐστιν. Et ipse cum veterem
discriptionem, quae quidem spectaret ad caelestia, probaret,
quod ad res humanas attineret, duas sub tropicis addidit
(p. 95 s. f.).

Haec huic loco sufficiant. Neglegentius hanc rem trac-
tavit Bakius (p. 100) discrimine quod inter Strabonem est et
Cleomedem auctores ne intellecto quidem.

Argumentis divinae animi naturae explicatis Cic. revolvi-
tur in eam quaestionem (§ 70) quam iam § 67 tetigerat, quae
animi sit sedes, iterumque affirmat non esse eam huius loci.
Sed iterum magistrum dissimulare studet suaeque libertate
disserendi utitur, ut modo hunc modo illum sequatur, ne

quemquam sequi videatur. Agnoscis divinum nostrum, qui subtiles philosophorum controversias minime curat: 'quae est ei natura? propria puto et sua. Sed fac igneam, fac spirabilem: nihil ad id de quo agimus'. Quae deinde de animi natura disserit consentiunt cum iis quae modo ex Consol. attulerat (nihil animis admixtum esse, nihil concretum). Atque in eo quoque a Pos. dissentit quod caput animi sedem esse vult. Quamquam Heinius annotat Pos. acriter antiquiorum Stoicorum sententiam impugnasse ipsumque animum in capite esse statuisset. Utinam nobis vir doctissimus dixisset, unde hoc sciret! quod libentissime in nostrum usum vertissemus. Nos legimus apud Gal. p. 501: *ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τε καὶ Ποσειδώνιος εἶδη μὲν ἢ μέρη ψυχῆς οὐκ ὀνομάζουσιν, δυνάμεις δὲ εἶναι φασὶ μιᾶς οὐσίας ἐκ τῆς καρδίας ὁρμωμένης*. Huic autem loco Cic. annectit argumentum illud ex Phaed. p. 78 C repetitum: *εἰ δέ τι τυγχάνει ὃν ἀξύνθετον τούτῳ μόνῳ προσήκει μὴ πάσχειν ταῦτα (τὸ διασκεδάννυσθαι)*. Nam postquam statuit animum nihil coniunctum habere, sed simplicem quandam naturam esse, pergit: 'quod cum ita sit, certe nec secerni . . . potest, ne interire quidem igitur'. Deinde plura ex eodem libro profert. Quae non plane cum Phaedone congruere facile intelleges. Nam quaedam verba quidem Platonica servata, sententias tamen perversas invenies; alia ad sensum quidem propius accedentia verbis tamen paulum mutatis, quibusdam novis etiam additis ita, ut Platonis quidem admonearis, sed alienum aliquid accessisse sentias, quod tamen num ex Ciceronis ingenio manaverit, dubites.

Initio § 72 quod positum est non accurate dictum est. Nam non excedentium e corporibus animorum duas illas vias esse Plato voluit, sed mortuis omnibus in Orci locum quendam ut iudicarentur eundum esse (Phaed. 107 D), unde in contrarias partes illis discedendum esse (Phaedr. 249 A, Gorg. 524 A, Pol. 614 C; paulo aliter Phaed. 113 D). Et de his quidem locis cum haec scriberet Cic. cogitasse vi-

detur. Quamquam simul Phaedr. 80 E sqq., quem locum Hein. confert, quippe qui apud Platonem arte coniunctus sit cum eo argumento immortalitatis animi quod modo explicavimus, animo eius obversabatur. Atque quae eo loco disputantur etiam similia sunt ei sententiae, quam Pos. antiquissimis illis quos putabat philosophis attribuisse vidimus: claros viros et feminas in caelum ascendere, ceteros humi retineri: 81 C ἡ τοιαύτη ψυχὴ βαρύνεται τε καὶ ἔλκεται πάλιν εἰς τὸν ὀρατὸν τόπον. Quibus similia etiam Seneca interdum profert: ep. 90, 30 '(animus) perfertur illo (in caelum), si *vitia non deprimant*', ad. Helv. 11, 6: 'sincerus animus ac naturae suae memor, *levis ipse, expers* et quandoque emissus fuerit ad summa emicaturus', ad Marc. 23, 1: 'facillimum ad superos iter est animis cito ab humana conversatione dimissis. Minimum enim *faecis traxerunt . . . leviores* ad originem suam revolant'. Non autem in Phaedone invenio quod Cic. in haec induxerit: 'qui . . . essent in corporibus humanis *vitam imitati deorum*, iis ad *illos a quibus essent profecti reditum* facilem patere'. Quibuscum ex Stoicis scriptis haec conferas: de d. n. II, 37 'homo ortus est ad mundum contemplandum et *imitandum*', Sen. ep. 86, 1: 'animum eius (Scipionis) in *caelum, ex quo erat, redisse* persuadeo mihi', 120, 15 'scit *quo exiturus sit qui unde venerit* meminit'. Iis quae sequuntur Cic. eam sententiam exprimere studet, quam Socrates in Phaedr. p. 84 E sqq. defendit: non lugendam mortem sed cum voluptate amplectendam esse. Quibuscum apparet sententia quidem arte cohaerere ea quae in § 74 sequantur male dirempta interiectis quae plane a re sunt. Quae quidem Platoniorum verborum sonum reddunt, sed a sententia eorum quam maxime abhorrent. Quod optime docebunt loci ipsi inter se comparati.

Tusc. I, 73.

Phaed. p. 99 D.

nec vero de hoc quisquam
dubitare posset, nisi idem nobis
accideret diligenter de animo

ἔδοξέ μοι μετὰ ταῦτα, ἐπει-
δὴ ἀπείρηκα τὰ ὄντα σκο-
πῶν, δεῖν εὐλαβηθῆναι, μὴ

cogitantibus, quod iis saepe usu venit qui [cum] acriter oculis deficientem solem intuerentur, ut aspectum omnino amitterent, sic mentis acies se ipsa intuens nonnunquam hebescit ob eamque causam contemplandi diligentiam amittimus. itaque dubitans circumspectans haesitans multa adversa reverens tamquam in rate in mari immenso nostra vehitur ratio.

πάθοιμι ὅπερ οἱ τὸν ἥλιον ἐκλείποντα θεωροῦντες καὶ σκοποῦμενοι· διαφθείρονται γὰρ πον ἐνιοὶ τὰ ὄμματα. . . Ἐδείσα μὴ παντάπασιν τὴν ψυχὴν τυφλωθεῖν βλέπων πρὸς τὰ πράγματα τοῖς ὄμμασι.

p. 85 C.

δεῖν γὰρ περὶ αὐτὰ ἐν γέ τι τούτων διαπράξασθαι, ἢ μαθεῖν ὅπῃ ἔχει ἢ εὐρεῖν ἢ εἰ ταῦτα ἀδύνατον, τὸν γοῦν βέλτιστον τῶν ἀνθρωπίνων λόγων λαβόντα καὶ δυσεξελεγκτότατον ἐπὶ τούτου ὀχοῦμενον ὥσπερ ἐπὶ σχεδίας κινδυνεύοντα διαπλεῦσαι τὸν βίον.

Sed omissis his omittendis hic est sententiarum nexus: omnibus bonis cum voluptate moriendum est; ut Socrates et Cato gaudebant causam moriendi se nactos esse; tamen non licet sibi ipsum mortem consciscere nisi iussu dei. Qua de re Plato Phaed. p. 62 B Orphicorum sententiam explicat (cf. Lobeck Aglaoph. t. II p. 796); quam eandem Philolai fuisse ipse significat (p. 61 E). Cuius sententiae Cic. Caton. § 73 Pythagoram auctorem facit. Similia disputat Epict. in diss. I, 9, 10 et Seneca virum fortem ac sapientem non fugere debere e vita, sed exire dicit (cf. ep. 24, § 25). Eorum autem quae apud Cic. leguntur unum est, quod a Platone non repetivit nec certe ipse invenit: '*dominans ille in nobis deus*'. Quis hoc legens non meminit Senecae dicentis sacrum intra nos spiritum sedere, prope a nobis nobiscum intus esse deum (ep. 41)? Iam vero et hic et ille

deus quid sunt nisi Posidonii ille *δαίμων ἐν αὐτοῖς*, qui est ratio humana cum naturae lege consentiens?¹⁾

Itaque etiam hoc loco Cic. a Posidonio non plane discessisse apparet. Nec tamen eum secutus est 'interpretatus'. Sed ipse quoque legit Phaedonem; qua re factum est, ut insereret, quae in mente haerebant. Quamquam quam apte hoc fieret aut num recte meminisset vel intellexisset, minime curabat. Pleraque autem quae hic leguntur Platonica ex Posidonii libro sibi arripuit, qui ipse ex Phaedone multa in suum usum verterat. Quod quam non ab eo abhorreat docet Gal. p. 445: *γέγραφεν (Ποσειδώνιος) οἷον ἐπιτομήν τινα κατὰ τὸ πρῶτον αὐτοῦ περὶ παιδῶν σύγγραμμα τῶν ὑπὸ Πλάτωνος εἰρημένων ὡς χρὴ τρέφασθαι καὶ παιδεύεσθαι τοὺς παῖδας*. Et in sequentibus insunt quae a Cic. ingenio aliena sunt. Nam certe non sua sponte laudavisset qui a re publica animum sevocarent. Neque illius est vitam mortem esse. Quorum utrique rursus similia apud Senecam leguntur, ep. 73, 4: 'at ille vir sincerus ac purus qui reliquit et curiam et forum et omnem administrationem rei publicae, ut ad altiora secederet', ad Marc. 21, 7: 'mors sub ipso vitae nomine latet'. Quae sententia ab Heraclito orta esse videtur cf. Sext. Emp. Pyrrh. hyp. III, 230. Atque ut hoc loco corpus cum vinculis carceris et compedibus comparatur, ita saepe etiam a Sen. velut ad Pol. IX, 3: 'animus velut ex diutino carcere emissus', ad Helv. XI, 7: 'corpusculum (Epict. *σωμάτιον*) hoc custodia et vinculum animi'. Eodem autem simili Cic. de div. I, 110 utitur: 'vigilantes animi a societate divina *vinculis corporis* impediti'. Atque Seneca hinc adeo progreditur tamque prope ad Pythagoreos accedit, ut corpus animi pondus ac poenam appellet (ep. 65, 16) omnemque vitam supplicium esse probet (ad Pol. IX, 6), quod quidem

¹⁾ De iis quae interposita sunt 'leges enim vetant' post videbimus p. 48.

non tanquam suum, sed altius verum intuentium affert (cf. etiam Lobeck Agl. II p. 796). Deinde ut Cic. in § 51 corpus tanquam alienam animi domum vocat, ita Seneca ep. 120, 16 nos in alieno habitare nec (§ 14) domum sed breve hospitium corpus esse affirmat. Et animadvertas velim etiam horum locorum consensum: Tusc. I § 75 ‘. . quid tum agimus, nisi animum . . secum esse cogimus maximeque a corpore abducimus?’, de div. I, 111: ‘rarum est quoddam genus eorum, qui se a corpore avocent et ad divinarum rerum cognitionem . . rapiantur’, Sen. ep. 88, 10: ‘vir magnus ac prudens animum diducit a corpore’. Postremo ad eundem Platonis locum, qui huic Cic. loco subest, spectant quae apud Sen. ad Marc. XXIII, 2 leguntur: ‘nec unquam magnis ingeniis cara in corpore mora est. Exire atque erumpere gestiunt, aegre has angustias ferunt, vagi per omne, sublimes et ex alto adsueti humana despicere: inde est quod Plato clamat sapientis animum totum in mortem prominere, hoc velle, hoc meditari, hac semper cupidine ferri in exteriora tendentem’. Ita inter Ciceronem et Senecam multis locis arta quaedam sententiarum necessitudo intercedit, cuius causa alia non est quam quod uterque Posidonium secutus est.

Restat ut quonam libro Posidonii Cicero usus sit quaeramus. Quod quidem ego, fateor, quaerere distuli. Neque hoc puto disceptari posse, cum ne index quidem librorum Posidonianorum exstet. Fortasse ex libro *περὶ ψυχῆς* quem commemorat Eustathius comm. in Hom. p. 910, 40 ed. Rom. quae placuissent eum hausisse propterea probabile videatur, quod quasdam ad animum pertinentes quaestiones non pertractat quidem, sed ita tangit, ut plura apud auctorem suum legisse videatur, ut in § 67: ‘non videt autem *formam* suam — quamquam fortasse id quoque, sed relinquamus’; in § 70: ‘in quo igitur *loco* est? credo equidem in capite et cur credam adferre possum. Sed alias ubi sit *animus*!’ Tamen indoles eius libri plane ignota est: quamobrem

iudicium cohibendum et in eo acquiescendum est, quod non omnia scire fas sit. Mihi quidem satis erit si Posidoniana Ciceronem tractavisse concedes: formam disputationis huius ipsius esse res satis superque declarat.

Aliquid autem ad Posidonii psychologiam cognoscendam disputationem nostram contulisse spero; in qua id potissimum egit, ut Stoicam doctrinam ad Platonem dirigeret. Neque enim Stoicus esse desinere voluit, qui in libris *περὶ παθῶν* potius Chrysippum a genuina doctrina descivisse insimulare, Zenonem autem et Cleanthem cum Platone conciliare studebat (v. Gal. de pl. H. et P. p. 362; 456). Itaque Stoicorum animum corporalem retinuit et materiam eius spiritum calidum (*ἔνθερμον πνεῦμα*) cum ceteris Stoicis statuit (Laert. VII, 157). Atque etiam Platoni animum corporalem imputare studuit, cum Timaeum interpretatus animum *ιδέαν τοῦ πάντῃ διαστατοῦ* esse statueret (v. Plut. p. 1023 B). Quae definitio plenior in Laertii commentarios transiit ut Platonica, v. III, 67: *ὁρίζετο αὐτὴν ιδέαν τοῦ πάντῃ διεστῶτος πνεύματος*.

Si rationes quas secuti sumus a vero non recedunt, puto plura Posidoniana ex Ciceronis scriptis erui posse. Et maxime quidem cum I. Tusc. priore parte cognatum est Somnium illud Scipionis quod ita cum illa consentit, ut dubitari non possit, quin Cic. si non eodem loco, certe eodem auctore usus sit. Atque illud ex Phaedro Platonis sumptum argumentum Cic. cum Tusculanas disputationes conscriberet se iam in Somnio posuisse meminerat (cf. § 53), ceterum tamen ipse animadvertisse non videtur ex eodem fonte se haurire. Ut vero res ferebat, argumenta in I. Tusc. plenius et amplius explicavit, alia rursus quae in Somnio leguntur omisit. Sed ut perspiciatur, quae ratio inter libros hos intercedat, locos ipsos inter se consentientes in conspectu ponam:

Somn. Scip.

§ 13 hinc profecti huc revertuntur.

§ 14 immo vero ii vivunt, qui e corporum vinculis tamquam e carcere evolaverunt; vestra vero quae dicitur vita mors est.

e corporum vinculis
tanquam ex carcere.

§ 15 nisi enim deus is . . . istis te corporis custodiis liberaverit, huc tibi aditus patere non potest. Homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum nec iniussu eius, a quo ille (animus) est vobis datus, ex hominum vita migrandum est.

§ 16 ea vita via est in caelum.

§ 26 nec enim tu is es, quem forma ista declarat, sed mens cuiusque is est quisque, non ea figura, quae digito demonstrari potest. Deum te igitur scito esse, si quidem est deus, qui *viget* qui sentit qui *meminit* qui providet qui tam regit et moderatur et

Tusc. I.

§ 72 ad illos a quibus essent profecti reditum facilem patere.

§ 75 quo cum venerimus, tum denique vivemus; nam haec quidem vita mors est.

§ 74 illa vincla carceris.

§ 75 ex his vinclis | in com-
pedibus corporis.

§ 74 vetat enim dominans ille in nobis Deus iniussu hinc nos suo demigrare nec tamen illa vincla carceris ruperit (sapiens) — leges enim vetant — sed tamquam a magistratu aut ab aliqua potestate legitima, sic a deo evocatus atque emissus exierit.

§ 27 vitae, quae in claris viris et feminis dux in caelum soleret esse.

§ 52 neque nos corpora sumus . . . cum igitur 'nosce te dicit, hoc dicit 'nosce animum tuum' . . . ab animo tuo quidquid agitur, id agitur a te.

§ 65 quae autem divina? vigere sapere invenire *meminisse*. ergo animus ut ego dico

movel id corpus, cui praepositus est, quam hunc mundum ille princeps deus.

§ 27 nam quod semper movetur — 28 aeterna est.

§ 29 idque ocius faciet, si iam tum cum erit inclusus in corpore eminebit foras et ea quae extra erunt contemplans quam maxime se a corpore abstrahet.

Namque eorum animi qui se corporis voluptatibus dediderunt . . . corporibus elapsi circum terram ipsam volvantur.

divinus est, ut Euripides dicere audet deus.

§§ 53. 54.

§ 75 disiungamus nos a corporibus id est consuescamus mori. Hoc et dum erimus in terris erit illi caelestis vitae simile et cum illuc ex his vinclis emissi feremur, minus tardabitur cursus animorum.

§ 27 quae . . in ceteris humi retineretur.

Deinde in Somnio a § 16 abunde et copiose describitur quibus spectaculis mortui ex orbe lacteo fruuntur, et qui sonorum concentus orbium motu efficiantur. Haec non leguntur in I. Tusc. Sed animadvertas velim haec verba § 47: 'quamvis copiose haec diceremus si res postularet, quam multa quam varia quanta spectacula animus in locis caelestibus esset habiturus'. Eodem autem ordine planetarum orbes in cap. 17 enumerantur, quem sequitur discipulus Posidonii Geminus Uran. p. 4 et Cleomedes I p. 21, qui Posidonium potissimum auctorem profitetur; cum Chrysippus supra lunam proximum solem, deinde Venerem, tum Mercurium posuerit cf. Stob. ecl. I p. 448, 4. itemque et Plato et Aristoteles lunae proximum solem esse voluerint (cf. de hac re Balforeum apud Bakium ad Cleom. p. 311). Deinde quod supra lunam omnia aeterna, infra nihil nisi mortale esse dicitur, notum est ex Stoicorum sententia aethera, in quo astra divina volvantur, a luna incipere,

lunam autem Posidonium plurimosque Stoicos non ex igne illo artificiali constare sed ex aëre et igne mixtam esse (cf. Stob. ecl. I, 554) et a sole lucem accipere (cf. Laert. VII, 145 al.) docuisse. Comparari cum hoc loco potest de d. n. II, 56: 'nulla igitur in caelo nec fortuna nec temeritas nec erratio nec vanitas inest, contraque omnis ordo veritas ratio constantia. Quaeque his vacant, ementita et falsa plenaque erroris, ea circum terras infra lunam, quae omnium ultima est, in terrisque versantur'. Animos autem in terris morti exceptos et deorum munera esse item de leg. I, 24 (quem locum supra attulimus) legitur. Eius autem quem Cic. sequitur sententiam assecutus esse videtur Macrobius hunc locum in commentario suo I, 21, 34 interpretatus, qua in re tam mirum in modum cum Seneca consentit, ut facere non possim, quin utrumque tibi proponam.

Macr.

Quod autem ait: 'nihil — datos' non ita accipiendum est animos hic esse ut hic nasci putentur: sed sicut solem in terris esse dicere solemus, cuius radius advenit et recedit, ita animorum origo caelestis est, sed lege temporalis hospitalitatis hic exulat.

Sen. ep. 41, 5.

Quemadmodum radii solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt unde mittuntur: sic animus magnus ac sacer et in hoc demissus, ut propius quidem divina nossemus, conversatur quidem nobiscum, sed haeret origini suae.

Neque omittendum est quod musicae inventores in fine § 18 eodem modo laudantur atque Archimedes sphaerae iaventer Tusc. I, 63, quod utrique deum imitati idem effecerint atque ille eoque vim mentis divinam ostenderint.

Quae deinde a § 20—25 sequuntur eo spectant, ut gloriam humanam contemnendam esse ostendatur. Quem locum Usenerus vindicavit Aristotelis Protreptico in Mus. Rhen. XXVIII p. 397 sqq. Sed qui Cic. libri II. de deor. nat. meminit, concedet fieri potuisse, ut non ab ipso Aristotele, sed a Posidonio hunc locum acciperet.

Sed etiam novum quiddam ex Somnio discimus, ut nunc certo sciamus, quam sedem animorum beatorum Posidonius esse voluerit (cf. § 16). Quo simul Tusc. I, 43 illustratur. Nam non video quemquam interpetum extricasse, qui essent iuncti illi ex anima tenui et ex ardore solis temperato ignes. Nova et mirabilia nos docent Tischerus et Sorofius: 'iunctis ignibus, d. h. auf den Gestirnen. Denn die Seele kann sich nach der Lehre der Stoiker vermöge ihrer Natur nur bis zu der Grenze des Aethers und der reineren Luft (anima tenuis) erheben, an welcher sich die Gestirne nebst dem Monde befinden, während die Sonne, deren Natur die Götter theilen, noch über denselben schwebt, wesshalb nur ein 'temperatus ardor solis' dahin gelangt'. Has nugas — quas ne ipse quidem Sorofius, spero, expectabit ut refutem — omnino non commemorassem, nisi lectorem benevolum rebus tristioribus iam diu vexatum hilaritate quadam et gaudio perfundi et excitari putarem aequum esse. Conferas autem velim — si operae pretium videatur — Heinii in hunc locum annotationem, quo facto perspicies, quem auctorem hi viri doctissimi et eruditissimi exscripserint male intellectum. Utinam semper scriptorum fontes indagantibus opera tam facilis et expedita esset! — Nec tamen Heinii ipse hunc locum expedit. Nam non omne confinium aetheris et aëris, sed certam quandam summi aëris plagam significari apparet. Cui enim mortaliū unquam universa illa regio ignea visa est?

Verba Ciceronis si excusseris, nihil aliud significare posse nisi ignis quandam continuationem concedes. Seneca N. Q. VII, 15, 2 cometen Attalo regnante visum comparat cum plaga lactea. Qua in re contra eorum sententiam, qui stellas cometas esse affirmant, disputans 'quot ergo' inquit 'convenisse debent erraticae, ut tam longum caeli tractum occuparent *igne continuo*?' Non autem est in rerum natura quod continuo igne quemcumque caeli tractum occupet nisi deus orbis. Quem antiqui in aëre esse volebant (cf. Stob.

ecl. I p. 574) et, quod sua sponte intellegitur, in summa et tenuissima eius parte. Iam verba 'ex anima tenui et ex ardore solis temperato' diligentius considerata sunt. 'Temperato' ne adiectivum sumatur, prohibere videtur verborum collocatio. Cuius quidem collocationis, quantum scio, exempla aut rarissima sunt aut omnino non exstant. Itaque praepositio altera 'ex' delenda videtur et 'temperato' participium etiam ad substantivum praecedens referendum. Quomodo haec efficitur sententia: 'eine aus einer Mischung feiner Luft und Sonnengluth hervorgegangene fortlaufende feurige Verbindung'. Quae sententia respondet definitionibus orbis lactei, quae duae Posidonii servatae sunt: Stob. ecl. I p. 576, Plut. pl. p. III, 1: *πυρὸς σύστασιν ἄστρου μὲν μανωτέραν αὐγῆς δὲ πυκνωτέραν*, Macrob. comm. in Somn. I, 15, 7 'lacteum *caloris* esse siderei infusionem'. Ardore enim solis infuso tractus ille igneus factus est, ut quodam modo ignes ex anima et ardore solis iuncti dici possint. Ignis enim, quibus illa caeli plaga significatur, aëre cum solis ardore iuncto orti sunt. Nec aliter efficitur, ut animus sui similem naturam contingat. Nam aëris summa pars quamquam calidissima et tenuissima est (Sen. N. Q. II, s. 2), tamen igne sidereo caret, lacteus autem orbis et hunc habet. Itaque huius natura animi similis est.

Cum his locis conferendus est Sext. Emp. adv. math. IX, 71 sq., qui locus et illos illustrat et ipse ab iis aliquid lucis accipit.

Sext. Emp.

καὶ γὰρ οὐδὲ τὰς ψυχὰς
ἐνεσθινύπονοῦσαι κάτω φερο-
μένας· λεπτομερεῖς γὰρ οὔσαι
καὶ οὐχ ἥττον πυρώδεις ἢ
πνευματώδεις εἰς τοὺς ἄνω
μᾶλλον τόπους κουφοφο-
ροῦσιν. καὶ καθ' αὐτὰς δὲ
διαμένονσι καὶ οὐχ ὡς ἔλεγεν

Tusc. I, 42.

animus . . ex inflammata
anima constat . . . sive
permanent . . necesse est fe-
rantur ad caelum.

Achill. Tat. isag. 13 (Uran.
p. 133 e) Ποσειδώνιος δὲ
ἀγνοεῖν τοὺς Ἐπικουρείους
ἔφη, ὡς οὐτε (Bakius οὐ τὰ)

ὁ Ἐπίκουρος, ἀπολυθεῖσαι τῶν σωμάτων καπνοῦ δίκην σκίδναιται. οὐδὲ γὰρ πρότερον τὸ σῶμα διακρατητικὸν ἦν αὐτῶν, ἀλλ' αὐταὶ τῷ σώματι συμμονῆς ἦσαν αἷται, πολὺ δὲ πρότερον καὶ ἑαυταῖς. ἔκσκηνοι γοῦν ἡλίου γενόμεναι τὸν ὑπὸ σελήνην οἰκοῦσι τόπον, ἐνθάδε τε διὰ τὴν εἰλκρύνειαν τοῦ ἀέρος πλείονα πρὸς διαμονὴν λαμβάνουσι χρόνον τροφῇ τε χρῶνται οἰκείᾳ τῇ ἀπὸ γῆς ἀναθυμιάσει ὥς καὶ τὰ λοιπὰ ἄστροα.

σώματα τὰς ψυχὰς συνέχει, ἀλλ' αἱ ψυχαὶ τὰ σώματα, ὥςπερ καὶ ἡ κόλλα καὶ ἑαυτὴν καὶ τὰ ἐκτὸς κρατεῖ.

Tusc. I, 43.

in quo nulla re egens alitur et sustentabitur isdem rebus, quibus astra sustentantur et aluntur.

Dubium, opinor, esse non potest, quin Sextus Posidoniana referat. Atque locis de quibus ante egimus cum hoc comparatis etiam apud Sext. regionem illam sublunarem, quae ab eo certius non significatur, lacteam plagam intelligendam esse puto. Iam vero attendas verba πολὺ δὲ πρότερον καὶ ἑαυταῖς. Igitur antequam animi in corpora intravissent eos se per se ipsos continuisse Pos. docuit. Neque potuit clarius antiquioribus Stoicis, qui animos cum corpore nasci volebant, repugnare. Deinde de sole animos sub lunam demigrasse apud Sext. legimus, unde ad homines eos venisse Pos. voluisse videtur. Similiter in Somnio originem ex sideribus animos duxisse edocemur (§ 15: 'animus datus est ex illis sempiternis ignibus'). Quibuscum optime consentire videtur orbem lacteum caloris siderei infusionem esse.

Quod vero lacteum orbem sedem animorum esse voluit, auctores ei fuisse Pythagorici videntur (cf. Lob. Aglaoph. p. 935). Legimus enim apud Porphy. de antro Nymph. c. 28: 'δῆμος ὀνείρων' κατὰ Πυθαγόραν αἱ ψυχαί, ἃς συνά-

γεσθαί φησιν εἰς τὸν γαλαξίαν. Quod referendum est ad Odys. XXIV, 12:

ἡδὲ παρ' Ἡελίοιο πύλας καὶ δῆμον Ὀνειρώων
ῥῆσαν· αἶψα δ' ἔκοντο κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνά,
ἐνθα τε καίουσιν ψυχὰς εἰδῶλα καμόντων.

Hoc igitur pratum in lacteo orbe sibi Pythagorici finxerunt. Quibus illustratur etiam Plut. de facie in orbe lun. p. 943 C, qui animos proborum certum quoddam tempus morari ἐν τῷ πρασιότατῳ τοῦ ἰέρος, ὃν λειμῶνας ἄδου καλοῦσι disputat. Studuisse autem Posidonium Pythagoricae doctrinae edocemur a Galeno (cf. l. c. p. 401, 459).

His ad finem perductis unum restat, quod non praetermittendum videtur. Eodem anno quo libros de republica scripsit Cic. orationem Scaurianam hoc loco ornavit: 'at Graeculi quidem multa fingunt, apud quos etiam Cleombrotum Ambraciotam ferunt se ex altissimo praecipitasse muro, non quo acerbitalis accepisset aliquid, sed ut video scriptum apud Graecos, cum summi philosophi Platonis graviter et ornate scriptum librum de morte legisset, in quo, ut opinor, Socrates illo ipso die quo erat ei moriundum permulta disputat, hanc esse mortem quam nos vitam putaremus, cum corpore animus tamquam carcere saeptus teneretur, vitam autem esse eam, cum idem animus vinclis corporis liberatus in eum se locum, unde esset ortus, rettulisset. num igitur ista tua Sarda Pythagoram aut Platonem norat aut legerat? qui tamen ipsi mortem ita laudant, ut fugere vitam vetent atque id contra foedus fieri dicant legemque naturae.' Quae omnia leguntur in I. Tusc. eademque in Somnio praeter illud de Cleombroto. Hoc a Callimacho epigrammate quodam quod exstat traditum esse constat et id ipsum in Tusc. I, 84 commemoratur. Quod tamen non ipsum se legisse, sed ab aliis scriptoribus Graecis sumpsisse ipse hoc loco indicare videtur. Nam postquam dixit 'apud quos ferunt', non erat quod adderet 'ut video scriptum apud Graecos'. Quod, cum etiam statim adiciat quae

in Phaedone disputentur, inter quae tamen sunt, ut supra vidimus, quae in eo non legantur, ad totum hunc locum referendum videtur. Legerat igitur Cic. eo tempore Posidonii librum, quo in Somnio uteretur, atque hunc eum fuisse, quem post in Tusc. adhibuit, eo maxime confirmatur, quod cum cetera consentiunt, tum illud de Cleombroto in Somnio neglectum, in Tusc. positum est.

Hoc loco defenditur etiam illud § 74 'leges vetant', quod addubitavit Heinius, Sorofius autem audacior delevit. Quorum annotationes si negligentius inter se conferas, facile in suspicionem incidēs Sorofium exscripsisse Heinium. Quod non ita est: potius circumscripsit, interpretatus est, lepidissime correxit vir doctissimus Heinium nimis brevem. Ut cetera omittamus cf. haec:

Hein.

Die Worte 'leg. e. v.' sind wahrscheinlich unecht; denn auch wenn man unter *leges* die *νόμοι ἄγραφοι* . . . versteht, so ist der Zusatz doch störend.

Sorof. (in ann. crit.).

Selbst wenn man annehmen dürfte, dass Cic. an die *ἀπόρρητα* bei Plato Ph. p. 62 B gedacht habe, so konnte ihm doch nicht entgehen, dass durch die Erwähnung derselben der Gedankenzusammenhang gänzlich unterbrochen werden musste.

Nunc putabis Sorofium ab Heinio pendere? qui diligentissime Platonis locum in quo nitatur afferat! Sed ipsi quoque eum inspiciamus: *ὁ μὲν οὖν ἐν ἀπορρήτοις λεγόμενος περὶ αὐτῶν λόγος!* Igitur ex hoc illud Ciceronis 'leges vetant' ortum est? Quis mortalium hoc inde sibi sumpserit? Sed scripsit Heinius: 'auch wenn man unter *leges* die *νόμοι ἄγραφοι* versteht!' Vereor ne intellexerim, qua virga adhibita ille vaferrimus Platonis et Ciceronis interpres reconditam illam mihi que non initiato negatam sapientiam sibi recluserit. Sed ut illum dimittamus, qui fortasse melius *ἐν ἀπορρήτοις* illud enuntiasset, concedendum quidem est plu-

ralem numerum minus aptum esse, tamen et Scauriana et Somnium obstant, ne verba illa deleamus. Illa enim clarius fit, quae lex intellegenda sit. Est Zenonis lex naturalis recta imperans prohibens contraria (de d. n. I, 36). Haec enim Ciceronis sententia est mirum in modum Pythagorica et Stoica commiscentis: vita quasi supplicium est nosque in carcere sumus; tamen quod vivimus, lex est [quae voluit ut homines terram tuerentur Somn. § 15]. Itaque si quis mortem sibi ipse consciverit quem necessitas non coegerit, vincla quasi ruperit legemque violaverit.

Vita scriptoris.

Natus sum Petrus Corssen Oldenburgi anno LVI patre Guilelmo, matre Margaretha e gente Buschmann. Urbis patriae gymnasii discipulus fui per annos septem. Anno LXXI postquam parentes Utinum commigraverunt gymnasii Utinensis primam in classem receptus duobus annis post testimonio maturitatis instructus Lipsiam me contuli, ut imprimis philologiae operam darem. Ubi postquam tria semestria, unum deinde Berolini commoratus sum, hanc sedem Musarum Rhenanam adii. Docuerunt me viri illustrissimi Lipsiae: Curtius, Drobisch, Friedberg, Hoerschelmann, Ritschl, Roscher, Voigt, Windelband, Zarncke; Berolini: Kirchhoff, Vahlen; Bonnae: Bernays, Buecheler, vom Rath, Usener, Witte. Ut exercitationibus suis interessem philologicis et epigraphicis Buecheler, philosophicis Windelband et Witte benigne concesserunt.

Omnibus his viris gratias quam maximas habeo, imprimis Buechelero et Usenero, quos studiorum meorum fautores benignos benevolosque fuisse fateri et futuros esse sperare mihi liceat.

Sententiae controversae.

1. Platonis de rep. III, 19 p. 412 E verbum ἐπιλανθανόμενοι post ἐκβάλλουσιν delendum est.
2. Ibidem VII, 1 p. 515 B νομίζειν quod legitur ante ὀνομάζειν delendum est.
3. Ibid. VII, 2 p. 516 C pro ὡν σφεῖς ἐώρων scribendum videtur: ὧν σκιὰς ἐώρα.
4. Galeni de plac. Hipp. et Plat. II, p. 208, 6 (ed. I. Mueller) scribendum est: τῆς ἐνεργείας αὐτῆς pro αὐτοῦ (cf. p. 209, 1 et 2).
5. Ibidem p. 276, 17 pro ἅπαντας scribendum est ἄπαντες (cf. l. 13).
6. Ibid. p. 393, 3 temere Bakius (Posid. rel. p. 204) pro Posidonio Chrysippi nomen posuit.
7. Ne in Horatii ep. I, 7, 30 Bentleii nitedula irrepit cavendum, vitiosum autem versum esse concedendum est. Inest vitium in verbis 'cumeram frumenti'.
8. Ciceronis de div. I, 32 'posse' post 'cotem novacula' delendum est.
9. Cic. Tusc. I, 27 verba 'quae in claris viris et feminis dux in caelum soleret esse, in ceteris humi retineretur et permaneret tamen' recte tradita sunt.
10. Apollodorus Atheniensis, qui a Laertio Diog. VII, 7 in vita Chrysippi commemoratur, non est illustris ille Panaetii et Aristarchi discipulus, ut G. I. Vossius 'de historicis Graecis' p. 177 ed. Westerm. putavit, sed Apollodorus Κηποτύραννος Epicureus (cf. Laert. X, 2 et 25).

11. Posidonius Rhodius primus Stoicorum duo illa divinationis genera, artificiosum et naturale, a Cicerone in libro I. de div. explicata divisit. Chrysippus quique eum sequebantur omnem divinationem artem esse statuebant.
 12. Correctio ea quam Cic. de off. III, 7 Panaetio se adhibuisse gloriatur ad comparisonem de duobus honestis (I, 152 sqq.) pertinet et a Posidonio repetita est.
-

furcht wäre hiernach für Ar. eine stimmung wie etwa die, wobei wir im entsetzen vor dem was geschehen soll dem (wissenden oder unwissenden) thäter in den arm fallen möchten, um einhalt zu gebieten, ehe es zu spät ist. eine bestätigung dafür scheint mir in der stelle rhet. II 8, 1386^a 28 f. zu liegen. Ar. handelt dort allerdings nicht von der furcht, sondern vom mitleid; dies aber thut er mit beziehung auf die scenische darstellung und in einer weise, die die anwendung des gesagten auch auf das fürchten seitens des zuschauers von selbst nahe legt. die vorstellung auf der bühne, so führt er aus, bewirkt dasz auch vergangenes oder überhaupt solches was sonst unser mitleid nicht zu erregen geeignet sein würde, doch durch die darstellung (ὁπότερ' εἴς) uns so nahe gebracht wird, dasz es uns in diesen affect versetzt, indem uns die schauspieler 'das unglück vor die augen führen, bewirken sie dasz es uns nahe erscheint, sei es als bevorstehend, sei es als schon geschehen' (* 33), eine auffassung die auch für die frage nach dem object der tragischen furcht geltung hat.

BASEL.

HERMANN SIEBECK.

38.

ZU SOPHOKLES ANTIGONE.

722 εἰ δ' οὖν, φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν,
καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν.

Haimon sagt, der mensch stehe am höchsten, der in jeder beziehung einsichtsvoll sei; wo aber dieser vorzug nicht stattfindet, sei auch die willige aufnahme fremder einsicht zu loben. die möglichkeit, dasz dieser vorzug nicht stattfindet, ausgedrückt durch die vorsichtige elliptische wendung εἰ δ' οὖν, soll begründet werden durch den satz φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν, der mir in dieser schreibung nicht recht verständlich erscheint. wenn er nemlich erklärt wird 'es pflegt sich nicht auf die seite zu neigen, dahin zu entscheiden', so vermisste ich die angabe der seite, auf die sich dies (nemlich dieser hohe vorzug stets vorhandener einsicht) neigen soll. durch die leise änderung aber von ταύτῃ in ταὐτῇ scheint mir alles dunkel zerstreut zu sein. Haimon sagt dann, was er im zusammenhang der rede nach meiner meinung sagen musz, dasz dieser vorzug steter einsicht sich nicht auf dieselbe seite zu neigen pflege, dasz nicht derselbe mensch stets in ihrem besitze sei, folglich auch nicht Kreon. es ist also derselbe gedanke, den Euripides mit anwendung desselben pronomens im Rhesos (v. 106) durch die worte ausdrückt: οὐ γὰρ αὐτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν πέφυκεν. und von einem andern gebiete menschlichen lebens heiszt es Soph. El. 916: τοῖς αὐτοῖς τοι οὐχ αὐτὸς αἰὲν δαιμόνων παραταταί. nur bei der von mir vorgeschlagenen schreibung ist die erklärung, welche Wex gibt, zutreffend: 'haud enim ita solet evenire, ut unus homo consummatam habeat scientiam.' dem 'unus' entspricht dann eben ταὐτῇ.

BERLIN.

FRANZ KERN.

